

DIALOGI

DE IMMENSIS DEI

beneficijs, & de tribus vir-
tutibus Theologicalibus.

*AD CLARAM ALPHON-
sam monialem sororem suam.*

A. F. PETRO ALFONSO BURGENSEI
Monacho, & Eremita montis Serrati editi.



Examinati mandato Reverendissimi Inquisitoris.

BARCINONE

Apud Claudium Bornacium, in forti Aquila

REVEREN-

do in Christo patri fratri

Petro Alphonso Burgensi mona-

cho ac Eremitę Montis Ser-

rati Clara Alphonsa

monialis.

S.



*ASSIO domini nostri Iesu Chri-
sti possideat cor tuum dulcissime fra-
ter. Dicit vix potest quantum delicia-
rum, quantumq; gaudiorum mihi li-
tera tua attulere. Quis dum lego, &
omnipotentis Dei incōparabilem bonitatem in voca-
tione tua ad religionis portum tuum amoenissimū, tum
tutissimum considero, dissolvor tota in lacrymas dul-
cissimas pro gaudio: & in Dei laudes, atq; gratiarum
actiones prorumpo, illumq; totis visceribus precor, Ut hęc
feliciter cęptam, felicissime perfecit. Corona enim
perseuerantibus proponitur. Tu quęq; amantissime fra-
ter, vicissim omnipotentem orabis, Ut auxiliam suam
sua gratia dignam efficiat. In te enim ego sum, &
pauper, optimisq; bonis, atq; spiritualibus delictis de-
cui. Multos quidem annos in certis locis Dei*

sequio consumpsi. & nescio si illi gratia inquit exite-
rim. Plurima certe tempora computo, & exiguos fru-
ctus inertia mea, nimiaq; desidia colligo. Porro rebus
quibusdam monasterij adstricta contemplationi mi-
nus vaco. Cuperem sane plus tēporis ad hoc negotium
mihi suppetere. Amo enim secessum: amo orationis
secretum: amo sponsi oscula: diligo Christi dulcissimi
amplexus: & quicquid hoc non est, iacturam existi-
mo. Non quod obedientia bonum contemno, sed quod
orationis, contemplationisque fructum magni aestimo,
atq; in primis bonis iure colloco. Non q; Martham sper-
no, sed quod Mariam prepono. Nescio qua amulatione
sancta te prosequor, frater. Video enim te non tantum
extra hominum secularium turbam, sed & Dei om-
nipotentis incomparabili beneficio, etiam extra fra-
trum sanctorum consortium Ioannem baptistam, aut
Onofrium imitātem, quo liberius, atq; quietius soli Deo
vacare queas. Gratulor ergo tibi, dilectissime frater:
& eisdem tecum epulis iucundissimis vesci cuperē, sed
heu me miseram indigna sum tanto munere: Ad mi-
cas ergo catulorum, que cadunt sub mēsa dominorum
mihi recurrendum erit, nec eis quidem ire dignare
censeo. Quas ancille sue dignetur prestare, qui omni-
bus se invocantibus dat affluenter. Nam qui eas de-
gustant, beati. Obsecro te dulcissime, amantissime
frater, ut Virgini Christi domini matri Mariam cō-
mendes, que quidem est fons misericordie, & mater

totius gratia, in qua omnis spes mea fiduciaq; sita est,
cuius dolores ineffabiles, angustias inconsolabiles,
cordisq; cruce dirissimas, quas sub cruce sacratissima
sustinuit, dum mecum reuoluo, lachrymas continere
non possum: gemitus cum ea multiplico: singultus cre-
bros ingemino: suspiria altissima emitto, considerans
me tantorum doloru & filij, & matris causam existe-
re. Deum optimum, maximumq; precor, vt passionem
suam sacrosanctam cordi meo imprimat. Nam quid
dulcius passione tua, dulcis Iesu, consolator anima mea?
Quid vigorosius morte tua, bone domine, leuamẽ om-
nis tristitia mea? Quid deniq; omnibus nobis vtilius
sanguine tuo sanctissimo, magister sapientissime? Vti-
nam memoria mea nunquam excidant vulnera tua
preclarissima mei gratia libentissime suscepta. Vtinã
semper recorder plagarum tuarum, quibus pro me vi-
lissima ancilla tua plagatus fuisti. Vtinam perpetuo
gestem in anima mea mortem tuam venerabilem,
quam cum ingenti dolore omnium nostrorum gratia
pertulisti, vt in puncto mortis vocem illam tuam audi-
re merear: Surge, propterea amica mea, cubilia mea,
formosa mea, & veni. Iam enim hiemps transit: im-
ber abiit & recessit. Veni de Libano, amica mea, ve-
ni de Libano, coronaberis. Recipe vniuersam mercedem la-
borum tuorum, quasi cum meis etiam spinuntur cum-
parentur, exigis valde. & quasi mihi tribuuntur.
Porro autem te, amantissima frater, rogo: vt meo te



*Iu, ut quam sepius ad me scribas. Nam hoc scias
mihi fore gratissimum. Dominumque orabis ut vias
meas dirigat. Qui & tuas quoque custodiat. Amen.
Vale in Christo Iesu, qui est dulcis amor.*



Reuerēdæ in Christo do-
MINAE CLARAE AL-
phonæ Moniali, deoq; consecratæ, suus
frater. F. Petrus Alphonsus Burgensis
Monachus ac Eremita Montis
Serrati salutem & diui-
num amorem.




*A X Dei, quæ exuperat omnem sen-
sum, custodiat cor tuum dilectissima, amā-
tissimaq; soror in Christo Iesu. Literæ
tuæ sanctissimæ, diuinæq; amoris plena me-
rum in modum animum meum recrea-
runt. Placent mihi studia tuæ: placent desideria: placet
diuini amoris incrementa. Postremo incredibiliter pla-
cent & merita beatorum, quæ iuxta doctorum ca-
tholicorum traditionem ex charitate sumunt radices.
Ditissima ergo es soror, ac dilectissima, ditissima es.
Diuitiæ enim tuæ humilitati tuæ cōiunguntur sine hæc
enim nec uirginitas, nec uirtus alia Deo placere po-
test, plura æterno, q̄ quicquid thesaurorum est in rebus
terrarum. Hi enim fructus sunt, ac frangibiles: illæ autem
perpetuæ, nunquāq; peritura. Hi terreni sunt, ac parui
momenti: illæ uero de cælis ueniunt, atq; inestimabi-
les habentur. Hi appetitum satiant cum fastidio: illæ
satiant quidem, sed nequaquam fastidium generant.*

O si mihi liceret videre te vel iuxta crucem domini
cum Maria Christifera immensas filij sui dolores plo-
rantem: aut in consideratione divinatorum beneficiorum
iucundissime iubilantem. Vel in contemplatione di-
vinae potentiae, sapientiae, ac ineffabilis bonitatis cum
incredibili gaudio suspensam. Forte voti mei com-
potem me efficeres. Nil enim magis desidero, quam
in gaudio, Deique omnipotentis laudibus spiritum
reddere creatori suo. Si ergo ex hoc tantum gaudio-
rum mihi accresceret, quid putas futurum, soror mea
in Christo amantissima, quando in Caelo mutuis, sua-
vissimisque colloquijs pascemur, & Christi domi-
ni amplexibus dulcissimis fruemur: angelorum cho-
ris Dei gratia intererimus, & sanctorum consortio iu-
cundabimur. Illic quidem me vinces in gloria, quonia
hic me viciisti in merito. Verumtamen locus aliquis
mihi deputetur, & sufficit mihi. In regno enim Dei
nullus locus obscurus, nulla sedes spernenda. Omnia
ibi praeciosa sunt: cuncta apprime appetenda. Magna,
bone Iesu, praemia, quae fideliter certantibus proposui-
sti: & quis ad ea intelligenda idoneus? Nec oculus
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit
quod promissum diligentibus te. Perro autem, qui in sta-
dio currit, ab omnibus se abstinere, id est ut bonum ali-
quod corruptibile, & mors periturum lucrifaciat, quan-
to magis laborandum, ut gaudium aeternum acquirat?
Curramus ergo dulcissima Soror, curramus ad

1. Corin. 9.

1. Corin. 9.




propositum premium, quod Christus Iesus mediator
Dei, & hominū unū non auro, aut rebus corruptibilibus,
sed precioso sanguine suo, vulneribusq; suis semper ado-
randis nobis acquisiuit: & quæ retro sunt obliuiscen-
tes, in anteriora nos extendamus. Certa enim victo-
ria est: & fructus nunquam finiendus. Hinc Deus ad
Abraam: Abraam, Abraam merces tua magna ni-
mis. Stricta via est, quæ ducit ad vitam, sed ecce vita
proponitur in premium, eaq; nec breuis, aut misera, sed
eterna, nunquamq; peritura, plena delicijs, & gau-
diorum abundantissima. Aspera, ac plane periculosa
certamina offeruntur, sed spolia certa, & grãdia pro-
mittuntur. Dixi, crudelissimiq; hostes vndiq; obsident
itinerã, sed nobiscū pugnabunt angelica agmina. Ini-
micus quidẽ seuus latrabit, sed dominus ipse nos de-
fendet. Ecce ipsum per prophetam hoc pollicentem: Cū
ipso inquit sum in tribulatione. Et rursus: Confidite,
quoniam ego vici mundum. Et iterum: Nunc princeps
huius mundi excietur foras. Cur ergo timebimus? Si
Deus pro nobis, quis contra nos? Unde Iob optime di-
xit Deo: Pone me iuxta te, & cuiusq; manus pugnet
contra me. Pulchre quoq; David canit: Si consistunt
aduersum me castra, non timebit cor meum: si exur-
gat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. Deniq;
ad Moysen dixit dominus: Ego ipse iusticiam ante facie
tuã Amorraum, & Chananaum, & Esauum, Phari-
sæum quoq; & Edomum, & Iebuseum in ambro po-

Gen. 15.
Mat. 7.

Psal. 90.
Ioan. 19
Ioan. 12.

Cap. 17.

Psal. 26.




Rom. 8.

pulis typice vniuersa demonum multitudo intelligi potest. Quid ergo timebimus, soror deuotissima? Non vtiq;. Sed cum paulo magna cum fiducia clamemus: Certus sum etenim qd neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtus, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, que est in Christo Iesu. Ais preterea in epistola tua te quibusdam monasterij administrationibus detentam, quo minus pro animi tui desiderio sponsi tui Christi Iesu dulcissimis amplexibus vaces. O quam mihi placuit verbum hoc desiderij tui erga sponsi amplexus! O quam dolci vox illa, & animo meo incredibiliter satisfaciens. Amo enim sponsi amplexus super aurum, & lapidem preciosum: & quicumque hanc viam secuti sunt, benedictio, & salus aeterna super eos. O quam iucundum mihi esset videre te amantissimam sororem meam copulatam cum Christo, vbera eius dulcissima sugentem, osculis eius suavissimis fruentem, diuinoque amore prorsus redundantem. Verumtamen non licet tibi (vt ais) per obedientiam quantum anxio tuo liberet. Probo equidem obedientiam bonum. Scala enim est, que ducit ad vitam sed ea saluta, protinus ad sponsum recurras, atque in dulcissima eius oscula tua. Deal, & lac sub lingua eius & odor vestimentorum illius super omnia aromatata. At quid turpiter impellis? Aut aquilam perniciose volucrem

ad volandum prouoco? Epistola enim tua quantum
profeceris satis declarat. Plena namq; est sponsi mu-
nisculis preciosissimis. Faxit Deus optimus, maximus,
ut in dies magis, magisque in optimis donis, animaq;
diuitijs crescas. Hac enim vera bona sunt, quae Isaac
Patriarcha precatus est filio suo Iacob: & hac primi-
tiae spiritus, quas apostoli in die penthecostes receperunt,
quibus dilectissimos, charissimosq; suos dicit dominus.
Quantum ad me attinet, malo orare, quam diuitijs
seculi ditescere: malo meditari, quam vanis honori-
bus splendescere: malo deniq; contemplari, quam cun-
ctis mundi delicijs perfrui. Valescunt enim, quae super
terram sunt, si veris animi gaudijs comparentur: vi-
taq; carnis aeterna vita collata mors potius dicenda est,
quam vita. Sed quid moror? Sermo enim longior epi-
stole modum propemodum excessit. Verum iam finis.
Quod autem ais literas meas & tibi, & matri ve-
strae, totiq; conuentui sacro mirum in modum placuisse:
dulcissimaq; verba mea (ut refers) animos vestros
plurimum refecisse: Christo gratia debentur, à quo ve-
lut fonte quodam uberrimo cuncta emanant. At quid
mirum si palato sano etiam quavis arrideant. Quid
futurum vbi vel Augustinum, vel Bernardum le-
gimus, quando in scriptis meis tantum recreamini?
Pars omnes ergo in superioribus te Christo rogo, ut me
in gratissimis vestris memineris: meque sponsi
dilectissimae, quae adeo dilexistis, ut exultis postposi-

Gene. 17.
Actu. 2.



tis, et iugiter inhaereatis) sedulo cōmendetis. Hoc enim
mibi gratissimum futurum: cui honor, & gloria in
secula seculorum. Amē. Vale soror mea dilectissima
in Christo Iesu, qui est dulcis amor anima, & sponsus
ecclesia.



Epistola dedicatoria in li-
BRVM DIALOGORVM
de immensis Dei beneficijs, deq; tribus
virtutibus theologalibus. F. Petri
Alphōsi Burgēsis Monachi &
Eremitæ Montis ferrati
ad sororem mo-
nialem.



CELEBRE apud Græcos pro-
verbium est, & quouis preconio di-
gnissimū: Cognosce teipsum. Ades
ut apud ipsos pro oraculo sit habitū.
Bene quidē pro oraculo: quippe quid
est, quod Omnipotēs à nobis requirat, nisi ut cognosca-
mus nos, ut sic recte ordine ad eius cognitionem perue-
nire valeamus? Cognitio enim sui gradus est ad co-
gnitionem Dei. Pulchre quidem Ecclesiastes: Deum
time, & mandata eius observa: hoc est omnis homo.
Ceterum quoniam modo timere possim, quem non co-
gnoscam. Si meipsum ignorem, & ecclesie ergo illa di-
ctum est: cognosce teipsum. Est enim fundamentum co-
eius salutis nostre dictum hoc: sine quo nec virtus,
nec prudentia, nec quodvis aliud bonum esse potest.

Isa. 14.

Psal. 48.

Gen. 6.

Gen. 19.


Gen. 18.

Gen. 31.

Hiere. 1.

Psal. 71.

Hinc enim Luciferi ceterorumque spirituum malignorum
ruina. Dixit enim (vñ esset ignorans, & in cogitatio-
nibus suis obcaecatus) Ascendā in cælū, & supra astra
Dei eleuabo solium meū, & ero similis altissimo. Hinc
quoque primorum parentum nostrorum casus lamētabilis.
Nā cum in honore essent, non intellexerūt: comparati
sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.
Hinc totius orbis per diluuium interitus. Ignorabant
enim homines dignitatem suam, ideo rebus nefan-
dissimis, carnisque spurcitijs se inuoluerunt: & iusto Dei
iudicio omnes, exceptis paucis, qui Deo obediebant flu-
etibus inuoluti sunt. Hinc quoque Sodoma, & Gomorra
destructio. Obliti enim erant se ad cælum creatos esse,
& cum cæno connubium inierunt: ergo iuste ultio
Dei terribilis venit super eos. Econuerso si qui à mundi
primordia Deo placuerunt, hoc sane factum est, quo-
niam seipsos cognoscentes, Deum quoque & cognoue-
runt, & amauerunt. Unde Abraham cum Deo lo-
quuturus, ait. Loquar ad dominū, cum sim terra, ac ci-
uis. Iacob quia à sui cognitione incipit, acclamauit:
Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est
anima mea. Hieremias quoque hac virtute pulens dice-
bat. A, A, A, domine Deus, nescio loqui. Puer enim ego
sum. David etiā qui omnipotentis Dei sententia fidelis
inuentus est (Dixit enim Deus inueni hominem de-
dit cor meum, seipsum cogitavi, & dixi. Fructus
operum factum sum apud te, & cogitavi te coram.)



Sanctia mea tanquā nihilum ante te. Hi omnes per co-
gnitionem sui pervenerunt ad cognitionē Dei, eiusque
amici facti regni quoque caelestis participes incompara-
biles Dei divitias, ac thesauros nunquā deficientes cō-
secuti sunt. Caterum si quis interroget, quonam modo
cognitio sui cognitionē Dei adducat, audiat Paulum
respondentem: Inuisibilia inquit Dei per ea, quae facta
sunt, intellecta conspiciuntur: aeterna quoque virtus eius
atque divinitas. Quemadmodū enim oculus corporis, so-
lisaque fulgor visionem efficiunt: ita lumen mentis, et
opera Dei cognitionem operantur. Nam si ad te ipsum,
et totamque mundi machinam oculos conieceris, cum ne-
mo sui ipsius author esse possit, necessario et te ipsum
humiliabis, et tāti opificis potentia admiraberis. Vnde
recte sapiens aiebat: Posuit oculum ipsorum super cor-
da illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, ut no-
men sanctificationis collaudent, et gloriari in mira-
bilibus illius: ut magnalia enarrent operum eius. Hoc est
Deus summe bonus hominē lumine intellectus illustra-
vit, ut eodem opera eius intelligeret, atque in eis omnem autho-
rē amaret, veneraretur, atque adoraret. Itē et esset qui
providentiā disponendirationē faciēdis virtutē confu-
mādis: potentia conservādis: sapiētiā gubernādis: emē-
tiā benefaciēdis, et sensu admirari, et voce enarrare,
atque collaudare posset. Quod profecto nemo se bene profecto
facere posset, nisi se ceteraque Dei opera taliter enarra-
ret. Nec ad hoc sibi maxime rerū horumque se adhiberet.

Ca. 11.

Eccle. 17.



Sed ad aliud quoque longe præclarissimum ei usui esse
possunt. Nempe ut exemplo earum quisque proximum
suum ad virtutem, adque summi Dei cultum exhorte-
tur. Nunquid non Sol (qui per tot annorum curricula
sic factori omnium obediit, ut nec punctum quidem
temporis ab iniuncto sibi officio cessauerit) obedientie
exemplum hominibus tacendo exhibuit? Rursum si
luna in obtemperando velocitatem, astrorumque motum
aduertis, nonne ea pedagogorum vicem agere dices?
Tum autem auiculae, quae per aera volitant, nunquid
non & cantilenis suis dulcissimis creaturam rationa-
lem ad laudes creatori suo exhibendas prouocant? Post
haec si maris profunda lustraueris, an non pisces quoque
numerofitate sua atque magnitudine ad Dei creatoris
sui potentiam sublimandam inuitant? Quid plura? Et
elementa, & arborum dulcissimi fructus, & herba-
rum utilitates, atque virtutes, florum quoque versicolorum
fragrantia, sed & animalium diuersorum comodita-
tes, atque natura factori suo incessanter obsequendo, tar-
ditatem nostram in Dei obedientia sedula admini-
stratione reprehendunt: & nunquam non ad metem
sursum eleuandam exhortantur. Omnesque nos ad om-
nium opificem venerandum velut quibusdam stimu-
lis sollicitant. Quae cum ita se habeant, nimium tardi-
erimus, si ad tot exempla non excitamur: nimium tor-
gi, si ad tot voces non erigimur: plus satis inerte, si
etiam animalia irrationalia pigritiam nostram re-
de

depellant: nimum inuerecundi, si vel res insensibiles
desidiam inueteratam non confundant. Itaq; ne tar-
ditatis nota inureremur: neue naturam inuertentes
reus insensibilibus inferiores esse videremur, quem-
admodum cetera omnia ad laudandum Deum om-
nipotentem inuitant, nos quoq; eorum exemplo, hoc o-
pusculo insipientes ad sapientiam prouocare, sapientes
vero ad perseuerantiã inuitare: Deniq; omnes ad Deũ
factorem, benefactorẽq; suum amandum, venerandũq;
mouere decreui. Dictum illud mecum reuoluens: Ma-
ledictus homo qui frumentum abscondit in populo. Il-
lud quoq; ex Apocalypsi: Qui audit veni, dicat: veni.
Alioquin timendum foret, ne idem mihi contingeret,
quod seruo illi euãgelico pigro, & nequã, cui dictũ est:
Oportuerat te dare mnã ad mensã. Tollite ab eo
mnã: & date illi qui decem mnas habet, Non quod
aliquid magni ecclesiã me exhibiturum confidam, sed
vt Deo omnipotenti placere desiderans, pecuniam, quã
accepi, ad vsuram exponam. Non enim quantũ quisq;
dat, respicit dominus: sed exhibentis affectum, eiusq;
deuotionẽ magni estimat. Minuta quippe viduẽ pau-
percula illius inquam euangelicã illi pluris fuisse, quã
diuitum oblationes quantumuis opulenta. Prius enim
respexit Deus ad Abel: & postea ad munera eius.
Quod & Propheta pulcherrime expressit dicens: In
me sum Deus vocatus. Sed & ipsemet dominus cla-
rissime hoc cunãtis declarauit (populi israeliticis insci-

Prou. 11.

Apo. 22.

Luc. 19.

Luc. 21.

Gene. 4.

tiam exprobrās, qui hircorum, ceterorumq; animalium sacrificium Deum magnificare existimabat, quando indignabundus dicebat: Nunquid non mea sunt cēs ferae Sylvarum, iumenta in montibus, & boues? Cōgnoui omnia Volantia cæli, & pulchritudo agri mecum est: si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid māducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua: & invoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Quibus Verbis, quæ sacrificia Deo digna sunt, satis indicavit. Porro olim in templo domini, alij aurum offerebant: alij argentum: alij lapides preciosos: alij linum. Quibus vero res angusta domi erat, pilos caprarum dabant. Nunc autem hi in templo, hoc est in fidelium ecclesia aurum, & lapides preciosos offerunt, qui divinorum mysteriorum sapientia clari, & summa sermonis eloquentia splendidi præclara ad populi eruditionem volumina in mediū adferunt, quæ admodum Hieronymus, Augustinus, & id genus doctores cum eruditissimi, tum sanctissimi. Illi vero pilos caprarum exhibent, qui lumine veritatis illustrati, particula quadam de mysterijs cognoverunt, eademq; in simplicitate, atque hilaritate, pro gloria donatoris, omnibus ceteris communicant: in quibus ego novissimus, victimæ locum tenens, nec eo quidem dignus, cum innumerabilibus Dei beneficijs me dominum committens.

ei que in aliquo satisfacere peroptarem, haud alia ra-
tione id fieri melius sum arbitratus, quam si immersa,
innumeraque beneficia cunctis enarrem. Recolēs hoc
sibi fore gratissimum, qui per Prophetam adhortatur
dicens: Narrate omnia mirabilia eius. Ceterum quo
id commodius, utiliusque fieret, per modum dialogi,
Christum Iesum, & animam fidelem de his inter se
loquentes introduxi. Hoc enim orationis genus suavif-
simum est, & cuiusvis palato satisfaciens. Porro opus-
culum hoc nulli melius, digniusve dedicandum fore
existimaui, quam tibi sorori meae in Christo dilectissi-
mae. Nā cui in hac vita magis astringor? Coegit enim
me vinculum sanguinis. Coegit adhuc amplius vin-
culum Christi, quod est charitas. Amo sane te dulcif-
sima soror, quoniam caro mea es: sed multo fortius,
uaniusq; te diligo, virgo deuota, omnipotentiq; Deo cō-
secrata, quoniam Christum induisti: illumq; pra cun-
tis in sponsum elegisti. O dulcissimus amor, ubi Chri-
stus est vinculum. O cōnexio sancta, ubi Christus do-
minus copulat. O insolubilis, iucundissimusque nodus,
quem Christus confringit. Funiculus plane triplex,
qui difficile rumpitur. Nunquid non amor meus in te,
& tuus in me, & Christi domini erga utrumque, est
funiculus triplex? Triplex plane. Fortissimus enim est:
inacissimus est: & nunquam solvendus. Tu monia-
ca, & ego monachus, Tu secretum amas, ut Deo libe-
ris vacare valeas, ego eremi loca incolo, ut peccata

Psal. 104.



mea lugere aptius possim. Est enim solitudo mœroris
amica, Cui ergo melius libellum à me in hac vasta so-
litudine domino administrante compositum inscribere
possem, quam virgini, & moniali, Deo sacratae, iam
multos annos iugum domini suavissimum portanti?
Libellus agit de immensis Dei beneficijs. Nunquid aò
innumerabilibus, præcipuisq; muneribus à Deo optimo,
maximo es præventa? Tractat de mysterijs vite, &
passionis Christi. An non ea semper cū beata Cecilia
virgine gestas in pectore? Tractat postremo de tri-
bus virtutibus Theologicalibus, quas vel præcipue, non
dubito omnipotenti Deo, omniūq; largitori debes. Bene
ergo libellum de beneficijs Dei nomini tuo inscribendū
curavi, quando tot, tantisque eius clares muneribus.
Quantum autem ad me pertinet: si quid minus bene
scriptum fuerit, boni consules, tecum pensans me non
scientiam ostentare (quæ vel nulla, vel exigua in me
est) sed tibi in aliquo, velle gratificari, quando (vt ais)
epistola mea etiam inculta animo tuo tantopere satis-
faciunt. Tu vero soror mea charissima, atq; deuotissi-
ma, Deum optimum, maximumq; orabis, vt sua gra-
tia, suoque amore nos dignos efficiat, faciemq; suam ve-
rendissimam post hoc miserabile exilium nobis osten-
dat. Vale in Christo, dilectissima soror, qui est dulcis
amor, & sponsus virginum totiusq; ecclesie.

Dialogi de immē-
SIS DEI BENEFI-
CIIS, DEQVE TRIBVS VIR-
tutibus theologalibus Fratris Petri
Alphonfi Burgēsis monachi &
Eremitę Montis Serrati:
ad sororem suam
monialem.

Dialogus primus, in quo agitur de hominis
excellētia.

ANIMA.













IESVS.



ANima. Deū immortalem,
quā vasta est hęc solitu-
do. Et quoniam tādē mo-
do rediū hoc grande, quod
patior tolerare queā? Quā
me molestat insolita hęc asperitas? Ci-
bus parcus: hominum abalienatio: perpe-
tuum silentium: corporis molestiæ, atq;
infinitæ demonum insidię. Aspiciam, si

B

forte

forte quispiã adueniat, qui mihi aliquod
 adferat solatium. Sed neminẽ video ad-
 uentantem. Ad opus aliquod manuum
 me accingam. At nec hoc mihi tollit tæ-
 dium. Vacabo lectioni sacrę. Magis mihi
 placet dormire, quàm legere. Quid igitur
 faciam? Eam ad oratorium, fortasse
 meditatio aliquã pia, vel deprecatio de-
 pelleret hanc grauem molestiam. Per si-
 gnũ crucis de inimicis nostris libera nos,
 Deus noster. Deus, in adiutorium meum
 intende, domine.  uiuandum me fe-
 stina. Veni, sancte.  s. Iam hora præ-
 terijt, & nil mihi profecisse, nisi
 quòd tædium  satum est. Re-
 spirare iam vix  labore:
 cerebrum  ex proluxa
 meditate  nebras de
 fissim  & que
 me v  go me d
 min 
 visco  tra e
 reme  vndarũ p
 nibus quassaram tua præsentie  unca
 tate

tate
 mea
 to,
 circ
 ueni
 pote
 ancil
 ra, fil
 cia, q
 xibus
 ne id
 & fa
 Sed r
 hoc p
 sus or
 simur
 hoc
 mule
 ficere
 pp
 fq
 um
 , an
 s arc

tate lætifica. Ies. Columba mea, formosa
 mea, dilecta mea. Ani. Vah quàm intoli-
 to, iucundoq; lumine me subito sentio
 circūfundi? Nō dices nisi filium Dei ad-
 uenisse: quin & vox ipsa supraquàm dici
 potest suavis hoc ipsum loquitur. Adest
 ancilla tua, loquere domine. Ies. Memo-
 ra, filia, quanta in te contulerim benefi-
 cia, quo meis frui queas paulisper ample-
 xibus. Anima. Quin ipse obsecro domi-
 ne id facias: eloquia enim tua super mel,
 & fauū mihi sunt dulcia. Ies. Nequaquā.
 Sed tu in his te exerceas. Nam exercitiū
 hoc placet mihi supra modum, & aduer-
 sus omnem molestiam est accomodatissi-
 simum. Anima. Antequam aduenisses,
 hoc ~~faciebam~~ est, quod faciebam: at pluri-
 mus laborabam, & nil mihi videbar pro-
 ficere. Ies. Non sic iudices, filia. Sinistrum
 appē huiusmodi est iudicium. Vnus
 q; enim mercedē accipiet secundū
 suum laborem. Anima. Ergo placerne ti-
 bi, dñe, labor sine deuotiōe, aut charita-
 tis ardore? Ies. Et in hoc erras filia. Non



enimⁱⁿ dulcedinē^{delectatione} deuotionis^{us} charitatem
 arbitreris. Nam non pauci pluribus im-
 manibusq; adstricti sceleribus hoc gau-
 dent munere, quorum tamen opera pa-
 rum mihi arrident. Rursum alij cū sum-
 ma animi amaritudine laborant, & me-
 cum indissolubili charitatis vinculo co-
 pulantur. Ani. Nō didici literas, ideo hęc
 valde obicura mihi vidētur, declara ob-
 secro domine, ea mihi diffusius. Ie. Libē-
 ter faciam, nam gratum est mihi tuum
 desiderium. Charitas vbi est, magna ope-
 ratur, & non parum secum adfert dulce-
 dinis, verum pro meorum exercitio, atq;
 meritorum augmento, confero charita-
 tem, & abscondo frequenter dulcedinē.
 Anima. Dulcissime Iesu (quoniam mira
 sunt opera tua, & humanis sensibus, nisi
 tu ea reueles, supramodum abscondita,
 tamen apprime delectabilia, dulcedine
 quoq; atq; sapientia redundantia) edisse
 re quid in anima operaris, quando eam
 sibi soli relictam, tuæ dulcedinis absen-
 tia vehementissime crucias. Iesus. Num

in psalmis legisti: Virga tua, & baculus
 tuus ipsa me consolata sunt? Valde enim
 fragilis est humana natura, & crebris ca-
 sibus obnoxia, postquam primi parentis
 peccato fuit vitiata. Nam & inter pro-
 spera facile superbit, & in aduersis pro-
 tinus cadit. Quamobrem vt eam in gra-
 tia mea, inq; pulchritudine sua confer-
 uem, duplici vtior remedio. Nam aliqua-
 do cœlestibus eam cibo ferculis, & cum
 angelis meis misceri permitto: Tum ne
 ex prosperitate, naturæque fragilitate in
 superbiam decidat, post paululu, omnia
 bona sua sibi abscondo, tuamq; fœdita-
 tem, atq; miseriam ei ostendo. Rursum
 ne nimia animi tristitia tabescat, iterum
 eã ad me assumo: omnesq; illius lachry-
 mas, dulcissima, simul ac iucundissima
 mea presentia abstergo. Sicut inter pro-
 spera, atq; aduersa, illinc flagello, ne effe-
 ratur, hinc consolationis baculo, ne in pu-
 filanimitatē decidat, eam susteto, donec
 adhuc nox est, & itinera ab hostibus
 haud sunt secura. Vita enim hominis mi-

^{habere} litia est super terram: solaq; mors ab his
^{regnum} securitatem præstat. Ani. Magna est pru-
^{donna} dentia tua, domine: magna super electos
^{audiam} tuos vigilãtia. Sed adiuua quæto infirmi-
^{malicia} tatem meã. Nã in recedendis, memorã-
^{delectat} disq; tuis beneficijs prorsus sum inepta.
^{delictos} Iesus. Iam vero quando te sine mea ope,
^{significat} atq; auxilio nil posse cognouisti, libens
 faciam quod postulas. Ausculta ergo, vi-
 gilantissimãq; attẽtione considera quã-
 tis genus hominũ ditauerim muneribus.
 Horũ enim recordatio iucũdissima est,
 & ad plurima utilis. Nã vitia mortificat:
 mentẽ illuminat: totũ hominẽ vehemẽ-
 ter recreat: cognitionem Dei adducit:
 eiusq; dilectionẽ mirũ in modũ nutrit,
 auget, ac perficit. Nunc ergo oẽm mun-
 di huius machinã diligenter circũspice,
 & quicquid terre, cœliq; ambitu cõtine-
 tur mẽte reuolue, q̃ sint speciosa omnia,
 quã magnifica, q̃ grandia, quã opulenta.
 Quibus hæc? Nõne mortalibus? Qũ ter-
 ram fabricabã, & maria: quando aerẽ ab
 igne separabã, quãdo firmamentũ stella-
 rum

rum varietate decorabā: quando cœlum
 lunę, solisq; splendore adornabam, vbiq;
 homines, quibus hæc parabam, mihi oc-
 currebant. Porro quando aera mille vo-
 lucrū generibus, aquā piscibus, terram
 ineffabili florum, herbarum, fructuumq;
 pulchritudine vestiebā, an aliud q̄ homi-
 nes animo cogitabā? Ego enim his non
 indigebam: angeli lōge alijs pascēbātur.
 Hæc ergo hominibus ad vsum; & sapien-
 tiam proponebam. Ad vsum, q̄a sine his
 vita eorū diu permanere nō pōt: ad sapiē-
 tiā, qm̄ ad inuisibilia Dei, per ea quę facta
 sunt, certus est ascēsus. Nūquid non tam
 grādis, mūdi machina, tā ingentia, atque
 præclara cœlorū corpora, tam magna spi-
 rituū cœlestiū virtus, atq; fortitudo om-
 nipotētiam meā clamitant? Rursus rerū
 multitudo, ordo pulcherrimus, varietas,
 ac decor, nunquid non pulchritudinem
 meam, atq; sapientiam laudant? Post hæc
 mea circa hominum genus providentia
 multiplex, dignatio, atq; liberalitas, nō-
 ne bonitatem meam inexhaustam con-

Hebr. 1.

fitentur? Omnes angeli administratorij
 spiritus sunt pro filijs regni, in ministe-
 rium missi. Nec exiguus numerus in ho-
 minum obsequio occupatur, eorumque
 necessitatibus sedulis officijs, studijsque
 occurrit. Singulis hominibus singulos an-
 gelos deputavi, vt eorum adiutorio præ-
 sentis vitæ valeant trāsire pericula. De-
 mones coercent, ne nimium sequiāt: eo-
 rum detegunt fraudes: cum eis argumē-
 tantur: si ij, qui eis cōmissi sunt, cadunt,
 statim erigunt: si ignorant, instruunt: si
 frigescent, accendunt: vbiq; tanquàm fi-
 di comites eos tuentur dormientes, stā-
 tes, deambulantes, quiescentes, operan-
 tes: illuminant quoq; eorum intellectū
 excitando, disponendo, imaginesq; for-
 mando, eosdemq; purgant phantasmata
 amouendo. Si quis eleemosynam con-
 fert, si orationibus vacat, statim eas ad
 cœlum deferunt. easq; ante conspectum
 meum laudant: gratiam postulant: atque
 eam cum magno gaudio suis clientulis
 adportant: eorum gratulantur profecti-
 bus

bus, virtutibusq; delectantur. O quã suauiter gaudent, si vident eos sapiẽter psallere, deuote canere: frequenter lectioni incũbere: sepe meditari: semper orare: interesse vigilijs: diuinas laudes celebrare: lachrymas fundere, & sedulum Deo exhibere obsequium. Maximã de salute hominum spem concipiunt, si strenuos eos cordium suorum viderint custodes: si dispersos aggregare cogitatus, eosque subtiliter discernere: si intentiones sæpe dirigere: si priusquã proferantur, verba ponderare singula. Si deniq; viderint eos in gestis prouidos, in moribus elegantes, in omni opere circũspectos. Homines diligunt: eorum zelant salutem, tanquãm conciuium suorum, & æterni regni coheredum. Porro si quis naturã, dignitatem, finemq; hominum diligenter attẽderit, facile eam innumeris, præclarissimisq; muneribus splendere conspiciet. Homo ad imaginem meam formatus, rationalis, immortalis, angelorũ futurus socius, capax æternitatis, atque

Bea



beatitudinis, libero arbitrio clarus, cæ-
 teris animantibus prælatus, mundi do-
 minus, & æterni regni hæres: ipsius ex-
 cellentiam donec corruptibili detine-
 tur corpore, ad plenum nemo cogno-
 scit, sed postquam ab ipso liberatus fue-
 rit, tunc reuelabitur gloria eius. Cæte-
 rum vt pauca quædam de ea tibi decla-
 rem: Duplici hominem specie decora-
 ui: corporalium nimirum sensuum pul-
 chritudine, spiritualiumque potentia-
 rum decore. Per corporales enim sensus
 de visibilibus iudicat. Per spirituales de
 inuisibilibus notitiam habet. Visus nãq;
 colorum varietate gaudet. Auditus har-
 moniarum, atq; concentuum iucundita-
 tem percipit. Olfactus florum, vnguen-
 torumq; fragrantia capitur. Gustus circa
 suauia quæq; versatur. Tactus mollibus,
 atq; tangibilibus delectatur. Sensus autē
 siue potētiae spūs longe diuersæ sunt, pul-
 chriores etiã magisq; præclaræ. Nã ocu-
 lus mētis opa mea magna speculatur. Au-
 ris quid in his loquor attendit. Olfactus

de futuris præſagit. Guſtus vero ad ſuaui-
tatem meã anhelat, eaq; paſcitur. Tactus
q̄ vera, certa q; ſunt, quę de me habentur
infallibiter iudicat. Aduertis ne ergo nũc
filia, quã magna, quãq; præclara hæc ſint
beneficia? Rumina ea iam tecũ ſola: inq;
his te oblectare, donec rurſum meã tibi
exhibeam præſentiã. Ani. O bone Ieſu,
quã ingẽtia ſunt erga nos beneficia tua:
& quã miucundũ eſt ancillæ tuę eloquiũ
tuum? Longe, incomparabiliterq; nunc
deguſto magnifica munera tua quãdo tu
ea mihi narraſti, quã ante, cum eadem
in lumine meo videbam (ſi meum dici
debet, quod à te quoq; me accepiffe libẽ-
tiſſime fateor) Sed ne deſeras obſecro
ancillam tuam: quin amplius lætifica cla-
ritate hac dulciſſima vultus tui. Ieſ. Pro-
uidentia mea alio nunc me vocat. Non
conuenit diutius meã tibi præſtare præ-
ſentiam. Tu eſto robuſta, indueq; fortitu-
dinem: adhuc magna tibi pro nomine
meo reſtant certamina. Anima. Non iu-
ſtum eſt reſiſtere voluntati tuæ.

Dia

Dialogus secundus in quo agitur de dignitate Ade
in Statu innocentie, & lapsu eiusdem, deq; ma-
lis inde secutis.

ANIMA.

IESVS.

Anima. Quis mihi iam dabitur
obuius, quē tanti gaudij possem
facere participem? Quām aliter
nunc experior hāc vastam solitudinem?
Quam reuerendus est locus iste? Non sa-
ne est aliud nisi scala Dei, & porta cœli.
Vah. Quā cito ex præsentia Dei discus-
sum est mihi rēdium hoc, quo discrucia-
bār? Cœli facti nūc sunt mihi lactei. Ter-
ra vbiq; fauet meis meditationibus, suis
suauissimis floribus: etiam labor versus
est mihi in dulcedinem. Cæterum vadā
nunc rursus ad oratorium, & videbo si
forte iterum sponsus aduenire dignabi-
tur. In oratorijs enim frequētissimus est.
Et orationes feruidę eum mirifice dele-
ctant. Per signum crucis de inimicis no-
stris libera nos Deus noster. Deus in ad-
iutorium meum intende. Veni sancte spi-
ritus.

ritus. Heu quantæ tenebræ? Quàm horribiles tentationes? Quis hic vel ad momentum temporis durare queat? Quis tantam cordis ariditatem tolerare? Reuertere domine Iesu, & lætitiã vultus tui mihi restitue. Tu enim es lumen oculorum meorum, vniuersaq; salus mentis meę. Iesus. Quę hæc, quę tam importunis precibus tundit pectus meũ, & cœlum implet lachrymis? Sponsa mea est. Longior absentia mea cruciat eius animum. Vadam ergo, & consolabor eam, & dulcissimis meis amplexibus suauiter eam constringam: moxq; depellam omnem eius tristitiã. Anima. Heus: heus ecce sponsus adest. Ecce is venit saliens per montes, transiliens colles. Componam ergo me quanta possum disciplina, ac reuerẽtia, vt eum pro dignitate suscipiam. Veni, dilecte mi, perfusa ortũ animæ meę, & fluant aromata illius. Iesus. Quid sic iaces tepida sine vlllo feruore, desida, ac tenebrosa? Ani. Absentia tua hoc effecit dulcissime Iesu. Potest ne sole non præsente


sentē nox non esse obscura? Tu certe es
 sol iustitię: si sustuleris presentiam tuam,
 omnia tabescunt, neq; vllam habent gra-
 tiam. Perge ergo illuminare mentē meā,
 beneficiaq; tua vt cœpisti recente ancil-
 lę tuę. Hęc enim si sentiantur mox rece-
 dunt tenebrę: gratum aduenit lumen:
 tollitur tepor, exhilaratur consciētia: in
 obliuionē venit oīs præteritorū dolorū
 memoria. Ies. Nō possū nō tā potēribus
 tuis orationibus, tāq; pijs votis annuere.
 Nūc ergo diligēter attēde, filia: oculosq;
 tuos ad parentē tuū illū primū (omnium
 hoīm inq; patriarchā Adā) cōuerte: qua
 dignitate eminebat: quibus virtutum ful-
 gebat splendoribus. Plantauerā enim pa-
 radisum voluptatis à principio, quē om-
 ni genere arborū, florum, atq; herbarum
 repleueram: posueramq; lignum vitę in
 medio paradisi: lignū quoq; scientię bo-
 ni & mali. Fluius egrediebatur de loco
 voluptatis, ad irrigādum paradisum: qui
 inde diuiditur in quatuor capita. Cōmi-
 siq; patri tuo paradisum, vt operaretur,

Gene. 2.

& custodiret illū. Deditq; ei mandatum, vt de omni ligno vesceretur, solum à ligno scientiæ boni, & mali abstineret: quodocunq; ex eo comederet, sibi moriendum fore non dubitaret. Porro ne quicquàm sibi ad fœlicitatem deesset, ex vna costarum suarum fœminam formauit, pulcherrimam, perfectissimã, omniq; quod delectare poterat ornatam: quam sibi dedi in vxorem, quo & iucundissima eius societate gauderet, eaq; ad liberos procreandos vteretur. Formatisque cunctis animantibus terræ, & volatilibus cœli, adduxi ea ad Adam, vt vnicuique iuxta naturæ suæ conditionem nomen imponeret. Quod & fecit. Vt scire valeas quanta rerum naturalium cognitione pollebat. Erat autē forma decorus: vultu placido, statura mediocri: oculis limpidissimis: auditu subtili: olfactu discreto, gustu delicato, tactu sapiēti. Vigebat ingenij acumine, voluntatis puritate eminebat: memoriæ tenacitate eræ potens: oīa in eo miro quodã cōcētū p̄sonabāt.

Gen. 2.

Gen. 2.




Sen

Sensualitas rationi: ratio autem mihi o-
 bediebat. Plenus sapientia, atq; intelle-
 ctu, non tātum herbarum, arborum, aui-
 um, cæterorumq; animātium summam
 habebat cognitionem, verum etiam re-
 rum altissimarum, spiritaliūq; illustra-
 tionum copia plurimum affluebat. Cum
 angelis conuersabatur: & vsq; ad thro-
 nū Deitatis meę sepius eleuabatur: ibiq;
 nouum lumen hauriebat, & pascebatur
 pane cælestium spirituū suauissimo. Su-
 pra se multoties rapiebatur, atq; de cla-
 ritate in claritatem proficiscebatur: in
 me trāssformabatur: Deusq; fiebat ex ho-
 mine. Anima. Noli irasci, domine, ancil-
 læ tuæ, si sermonem tuum paululum in-
 terrupero. Cæterum quis digne satis de
 tātis tamq; multiplicibus beneficijs tuis
 æternam munificentiam tuam collauda-
 re valeat? Superant quidem hominum
 intelligentiam: & omnis laus his est in-
 ferior. Verum quando de multiplici pa-
 rentis nostri lumine fecisti mentionem:
 quæso, dulcis Iesu, doce me luminum
 disse-

differentiam. Ies. Grata mihi interruptio
 hæc, non molesta. Omnis enim qui petit,
 accipit, & qui quærit, inuenit: & pulsanti
 aperietur. Quamobrem libenter tibi &
 in hoc satisfaciam. Sermones enim mei
 sunt cum simplicibus: & qui me diligunt,
 inuenient me. Quando ergo de cogni-
 tionum, luminumq; multiplicitate me in-
 terrogasti, filia, paucis accipe. Rerum in-
 uisibilem duplex est lumen. Aliud natu-
 rale, aliud vero accidẽtale. Naturale rur-
 sum duplex. Nimirum illud quo in inno-
 centiæ statu homo illustrabatur, & quod
 habebat postquam in peccatum est lapsus.
 Ante peccatum autem longe secus de re-
 bus diuinis iudicabat: multo clarius Deum
 videbat: eoque fruebatur longe suauius.
 Nam non ex auditu creatorem suum co-
 gnoscebat, sed interiori quadam aspiratio-
 ne supra se ferebatur: tametsi non tam per-
 fecte ut hi qui iam eterna donati sunt bea-
 titudine: nec rursus tam imperfecte, ut
 qui adhuc hoc corporis ergastulo tenen-
 tur inclusi: sed in media quadam regione

Luc. 11.



yberrima tamen, atq; opulentissima ver-
 sabatur. Post lapsum aut caligati sunt o-
 culi eius. Nubes enim densissima pro pec-
 cati poena caligavit eos. Speculo ergo la-
 boriosissimo, hoc est creaturarum admi-
 niculo indigebat, si quando caelestium
 contemplantioni vacare desiderabat. Porro
 accidentale est triplex. Primum acquisitum
 per rationes naturales. Quo vti sunt Phi-
 losophi, qui ex creaturarum perpetuita-
 te, creatorem aeternum intellexerunt. Ex
 magnitudine, potentissimum. Ex ordine,
 & dispositione, sapientem. Et ex conser-
 vatione bonum. Secundum est quod habe-
 tur ex testimonijs scripturarum studio ac-
 quisitis: quibus colla subdenda sunt, ut ad
 intellectum quisq; per fidem perveniat: &
 ex miraculis: atq; hoc lumen fidei infor-
 mis dicitur. Tertium acquiritur per gratiae
 infusionem gratum facientis. Et haec dici-
 tur fides formata: quae hominem Dei ami-
 cum reddit: angelorum socium, & cohære-
 de regni. Itaq; lumen naturale, aliud an-
 te peccatum: aliud post peccatum. Accidente-
 tales:


tale: aliud philosophicū: aliud fidelium in
 peccato cōsistentium: aliud iustorum. Ani.
 Pulchra sane distinctio, & quæ cuius e-
 tiā placere queat. At perge, domine, ro-
 go de beneficijs. Ies. Vt ergo vnde d' gres-
 si sumus, reuertamur: & vnicō verbo
 multa cōplectar: inuidit diabolus huma-
 nis felicitati: & cogitauit quibus arti-
 bus, illū spoliaret. Callide ergo ingredi-
 tur serpētem: aggreditur mulierē velut
 fragiliorem, minutq; constātem: & dum
 ei equalitatē Dei promittit, milere om-
 ne humanū genus deludit. Nam præua-
 ricantes vtriq; , iramq; meam incurren-
 tes, non tantum ē paradiso sunt expul-
 si cum ingenti pudore, verum etiam in
 peccati pœnam, omnes fere plagas me-
 as super eos induxi. Primum spiritua-
 lium diuitiarum copijs quibus non pa-
 rum affluebant, illos depauperavi. Post
 hoc ingenij acumen, quod ipsis pluri-
 mum eminebat, infestissimis tenebris
 obnubilavi. Ad hæc reliquas natu-
 ræ dotes miserrime dilacerari permisi.

Gene. 3.



Angelorum colloquium illis interdixi.
 Iubilos, & crebras exultationes in plan-
 ctum cōuertit: extases, & excessus men-
 tis suppressi. Et qui è paradiso in cœlum
 erant fœlicissime transferendi, ecce nūc
 de miserissimo exilio ingrediuntur sepul-
 chrum à vermibus vorandi, & in pulue-
 rem conuertēdi. Ex hac ergo transgres-
 sione inedia, rixę, bella creberrima, inui-
 diæ, odia, discordię, legum transgressio-
 nes, templorum direptiones, sacrilegia,
 incestus, parricidia, seditiones, cæteraq;
 mala omnia sunt oborta. Et quod horū
 omnium pessimum est, mors animę, cor-
 porisq; hominem occupauit. Dataq; est
 contra eū supplicij æterni sentētia: quiq;
 homines debellauit voluntarios, factus
 est iusto Dei iudicio hominum tyrānus.
 Nā quos hic mille tormentorum gene-
 ribus vexat, eosdē multo amplius in in-
 ferno cruciat. Tartara iam plena sunt ho-
 minum, qui creati erant vt essent cœlo-
 rum ciues, angelorumq; cohæredes. Nā
 qui Dei factoris sui inique imperiū con-
 temple

tempserunt, iuste iam traditi sunt inimicorum potestati: quiq; beneficentissimi patris spreuerunt delicias, nūc recte tartareas inuite amaritudines deuorāt. Mi-
 ro concētu interiora hominis disposue-
 ram: & ille imprudenter cuncta deordi-
 nauit. Spiritus diuina contemlabatur:
 atq; hæc omne gaudium suum existima-
 bat. Voluntas spiritualium gustu dulcissi-
 mo fouebatur: & de torrente voluptatis
 diuinæ inebriabatur. Memoria nonnul-
 lo semper rerum corporearum phan-
 tasmate vtebatur: sed inter amplexus o-
 mnipotentis iucundissime quiescebat.
 Nulla rebellio carnis aduersus spiritum:
 nec vlla contradictio spiritus aduersus
 Deum: sed summa tranquillitas, summa
 pax, summa vbiq; concordia erat. Nunc
 vero violata lege diuina, factus est homo
 sibi ipsi crudelissimus hostis. Vbiq; tur-
 batio: nusquam nō aparet grauis discor-
 dia. Caro spiritū incessanter impugnat.
 Spiritus diuinę legi plerumq; contradi-
 cit. Hinc superbia velut leo rugiens ani-



Pfal. 48.


mam crudelissime, inuadit: illinc inuidiã
 dentibus suis mentẽ dilacerat. Nunc ma-
 litia, serpentina rabie totum hominem
 quatit. Iam luxuria sua spurcitie mētem
 ad imaginem, similitudinemq; Dei for-
 matam in suem lutulentum trãiformat:
 ita vt verissime meus Propheta dixerit:
 Homo cum in honore esset, non intelle-
 xit: comparatus est iumentis insipienti-
 bus, & similis factus est illis. Reliquit Deũ
 factorem suum, & secutus est diabolum
 inimicum crudelissimum: & qui cum an-
 gelis omnium creatorem adorare con-
 tempfit, creaturis longe se inferioribus
 sacrificia obtulit. Nam alij solem velut
 Deum venerati sunt: alij Mercurio liba-
 mina obtulerunt: alij incuruauerunt se
 Venerinefandissimæ fœminæ: alij Mar-
 ti se prostrauerunt. Rursum alij serpen-
 tes, & volucres tanquã numina quæ-
 dam coluerunt, animasque suas illis sacri-
 ficauerunt. His erroribus totum homi-
 num genus caligabat: declinabatq; vnus-
 quisque in viam suam. Relicto enim fon-

te bonorum, quid erat reliquum, nisi ut
 foderent sibi sisternas foetidias, quæ non
 valebant conseruare aquam? Sic filia, o-
 portuit hominem ingratiū, & legis meæ
 præuaricatorem puniri. Anima. Iusta iu-
 dicia tua, domine: & quis audeat con-
 tradicere? Peccauimus tibi: iniuste egi-
 mus: iniquitatem fecimus: misisti ergo in
 ultionem sagittas tuas: & percussisti nos
 plaga insanabili: direptioni inimicorum
 traditi sumus: & stiparunt nos vndique
 angustię: traducti sumus in mortem pes-
 simam: & duplici contritione attriti: &
 nisi tu de regalibus sedibus tuis huc ad-
 uenisses, quis vnquam miserum homi-
 nem tot modis plagatum, dilaceratum,
 atq; attritum sanare valuisset? Iesus. Ne-
 mo filia. Nam nec prophete, nec patriar-
 che, nec angeli, nec principatus, nec Se-
 raphin ad hoc opus erant idonei. Omni-
 potēs solus formauit hominem, & illius
 solus erat hominē redimere. Ego homi-
 nē plagavi propter scelera eius: & meū
 erat mederi plagas illius. Quis enim pctā

Hier. 3

remittit, nisi solus Deus? Rursus quis satisfacere Deo rite potest, nisi filius eius? Spiritus angelici tantę hominum calamitatis miserti, crebris orationum iaculis pectus meum feriebant: simulq; omnes clamitantes dicebāt: Parce domine, parce populo tuo, & ne des quos ad imaginem tuam creasti ultra in opprobriū inimicis suis. Nunquid sicut Luciferi, sic hominis peccatum? Lucifer iuste perpetuis torquetur cruciatibus. Vbi enim obstinatio regnat, atq; malitia, ibi merito veniæ non est locus. Tum natura angelica tot à creatore ornata muneribus, ab omni corporeæ molis molestia libera, nullo instigante tentatore, nullaq; mali occasione impellente, sua spōte, suadentibus hinc malitia, illinc superbia eius, non tantum maiestati tuę est ausa contrauenire, verum se tibi æquare non est verita. Cecidit ergo Lucifer, qui mane oriebatur. Cecidit in tartareas flammis, tenebris densissimis coopertus: neque vnquam surrecturus, quoniam huiusmodi est natura

tura eius, quo semel se vertit, ibi manes
 in eternum. Obstinatus est ergo in mali-
 tia sua, ad veniam nequaquam idoneus.
 At homo tamen muneribus, dotibusq;
 fulgebat multis, tamen terreni corporis
 vestimento indutus, & à vetustissimo, si-
 mul ac potentissimo inimico superatus,
 atq; illusus cecidit: iustitiæq; tuæ flagella
 hæctenus sustinuit: pœnitet: lachryma-
 tur: agitque pœnitentiã. Parce ergo do-
 mine, parce populo tuo: misere ab infi-
 diatoris fraude decepto, pœnitenti, ac la-
 chrymanti. Hæ erãt filia creberrimæ an-
 gelorum voces. Cæterũ quod magis la-
 mentabile erat, quotidie infinitam ho-
 minum multitudinem descendere vide-
 bam ad tartara: alios innumeris antiqui
 hostis fallacijs illudi: alios alijs, atque alijs
 cruciatibus torqueri. Hęc omnia gemitus
 erant, & voces misericordiam meam
 vehementissime deposcetes. At quid de
 amicorum meorum Patriarcharũ, Pro-
 phetarumq; lachrymis, singultibus, atq;
 desiderijs tibi dicam? Nunquam nõ au-
 res



res meę vocibus eorum resonabant: cœ-
lumq; replebatur clamoribus. Nūc sum-
ma cū humilitate mihi adstabat Abraā.
Nunc Iacob multis precibus celsitudi-
nem meam pulsabat. Nūc Isaac in altum
tollebat oculos: omnesque sui misereri,
populiq; cum lachrymis postulabant. Si
ad Prophetas me vertebam, vbiq; suspi-
ria: nusquam non lamēta: cuncti viscera
mea feriebant, alioquin perse ad miserā-
dum promptissima. Plangebam enim ca-
sum hominum, sicut mater super vnige-
nitum mortuum. Filius enim meus erat
homo, quē ad imaginē, similitudinēque
meā formaueram, angelis fere æqualem,
& regni mei hæredem. Inimicus autem
fœdauit, plagauit, atque interfecit filium
meum: & non plangerē? Planxi super ho-
minum matres: sanguineasq; fudi lachry-
mas: nec plorare destiti, donec reuixit.
An Adam ita planxit Abel filium suum?
aut David Absolonem, sicut ego genus
humanum luxi defunctum? Deprecabā-
tur me angeli: Patriarchæ supplices ora-
bant:

bant: & ego pronus erā ad misericordiā:
 cogitabāq; cogitationes pacis, vitæ, atq;
 æterni fœderis: cumq; veritas, atq; iustu-
 tia vehementissime reluctarētur: iuaq;
 causas contra hominem allegarent: dice-
 rentq; præuaricatorē in Deū, indignum
 esse venia, presertim mortis sentētia cō-
 strictum. Verrebam me ad remedium,
 & nullibi inueniebam. Non enim homo
 quātumuis iustus iuuare poterat. Vt po-
 te pauper: & inops, tanto precio exoluē-
 do prorsus inidoneus. Angeli quoq; sa-
 tisfacere nequibant. Quid enim est ange-
 lus comparatus Deo? Ex nihilo quoque
 sunt angeli instar aliarum rerum omniū.
 Quid ergo Deo condigne pro offensa
 satisfacere queant? Aspiciebam ergo ad
 adiutorium, & non erat qui adiuuaret.
 Quare tactus amore hominum, cū iam
 vehementissimum amorem ferre non
 valerem amplius, me ipsum patri obtu-
 li: carnem induere promisi, pro homi-
 num offensa satisfactorus. Placuit hæc
 oblatio patri: riteque satisfactum est iu-



stitię eius. Ut cum homo Deo peccasset,
 homo quoq; Deus satisfaceret. Protinus
 hac audita tam admirabili mea in homi-
 nes munificentia, atq; misericordia, im-
 pletum est gaudio cœlum: Angeli alle-
 luya decantarunt: celebrata sunt conui-
 uia opulentissima: laus, & iubilatio, & læ-
 titia ineffabilis pro ferculis apposita. De-
 sideriorum quippe suorum compotes di-
 uinis replebantur laudibus: intra, extraq;
 indicibili cum gaudio gradiebantur: in
 Deo gloriabantur: hominumq; saluti cō-
 gratulabantur. Stupebant enim tantam
 diuinę maiestatis beneuolētiam, ac circa
 homines charitatē contēplantes: sibi que
 socios in æterna beatitudine breui futu-
 ros gaudebant. Hęc sunt, filia, quę tecum
 in hac vasta solitudine sæpius debes me-
 ditari: in his oblectari: omneque tædium
 excutere. At quid hic moror diutius? Vi-
 sitandæ mihi sunt aliæ spōsæ, quæ nimio
 mei tenentur desiderio. Anima. Adhuc
 paululū obsecro. Dulcissimus enim est
 mihi tuus aspectus: sed & verba tua om-
 nem

nem vincunt suauitatem. Iesus. Alias tecum proluxius, atq; iucundius. Sat nunc est.

Secum loquitur anima Deo gratias agens
de Beneficio redemptionis.

Durissimus plane mihi est amantissimi sponsi mei discessus: sed interim volo beneficiū hoc grāde mecum altius cōtemplari. O rem admirabilem, ac stupēdam prorsus, omnibusq; seculis memorabilem: Deum fieri hominem pro hominum salute? Obone Iesu, quis merito te non amet, laudet, & amplexetur? Quis prę admiratione non stupefcat? Præq; amore nimio nō excedat? Ingēti gaudio tota perfundor: liquefco in cogitatione hac nimij amoris tui: & in magnitudine dilectionis dilator. Deus homo inter homines versans: quid admirabilius, iucundius, dulcissime dici possit? Gaudium, & exultatio, iubilatio, & tripudiū in anima mea. Quid restat, nisi vt clamoribus igneis coelū pulsē, & cum spiritibus angelicis tantæ lætitię, gau-

gaudijq; festum agā? Dulcis Iesu, q̄ dul-
 cis est amor tuus? Animus meus vix ca-
 pit se præ gaudio: & de te cogitans tota
 deficio. Liquefio ex amore, & amore for-
 tificor. Dissoluor ex dilectione, & dile-
 ctione vires resumo. Eneruor nimia cha-
 ritate, & in charitate restauror. De torrē
 te voluptatis tuę, dulcis Iesu, inebrior, &
 vinum tuum erudit cor meū in sapiētia,
 & veritate. Homine volatilibus cœli, &
 piscibus maris, cunctisq; animantibus ter-
 re præfecisse, eumque totius mundi dñm
 constituisse, magnum erat, & ineffabilis
 amoris tui erga illū indicium. At pro ho-
 minū reparatiōe, è cœlis descēdisse, mor-
 talitatēq; hanc nostrā induisse, prorsus stu-
 pendū, & nullis seculis auditū. Quid er-
 go tibi tanto dignū munere offeram, bo-
 ne Iesu? Scio quid faciā. Narrabo mirabi-
 lia tua cunctis gētibus, & oēs ad laudem
 tuā inuitabo: dicamq;: Quis similis tui in
 dijs dñe? Aut quis secundum opera tua?
 Mirabilis in prodigijs, & amabilis in bo-
 nitate, sanctus, & bonus, & dissimulans

peccata hominū propter nimiā miseri-
 cordiā tuam: quia non vis mortē pecca-
 toris, sed potius vt conuertatur, & viuat.
 Nūmo hominū amore saucius nonagin-
 ta nouem ouibus in mōibus relictis, cē-
 tesimā ingenti quæ sisti sollicitudine: quā
 nō sine sanguinis tui precioso summi dispē-
 dio inuentā, super humeros tuos tenerri-
 mos, magno cum gaudio, maximaq; an-
 gelorum cōgratulatione, ad propria re-
 portasti. Quis tāti amoris recordatione,
 vicissim amore non vulneretur? Quis
 hæc secum cogitet, & dulcissimis chari-
 tatis vinculis nō constringatur? Quæ na-
 tio vnquā tam grandis, quæ sic Deos
 habuit propitios, sicut tu, dulcissime Ie-
 su, fuisti nobis? Qui vitæ tuæ nō peperi-
 sti propriæ, sed eā pro mortalibus tradi-
 disti, quid cū ea non donabis nobis? Cō-
 fiteantur ergo tibi, dñe, omnia opera tua,
 & sancti tui benedicant tibi. Regnū tuū
 regnū omnium seculorū: & dominatio
 tua in omni generatiōe, & p̄pt̄e. Quis
 narrabit potētias dñi: audias facies om-
 nes

nes laudes eius? In benedictione tua vi-
 fitasti nos, domine: & in aduētu tuo dul-
 cissimo corda nostra lætificasti. Omnes
 eramus velut oues errātes, vnusquisque
 in viam suam declinauerat: sed tu, dulcis-
 sime Iesu, egressus es tanquā sponfus
 de patris tui gremio: & velut pastor bo-
 nus ad suarum ouium salutem, gregem
 errantem, deuiumq; reduxisti: & in pa-
 scuis vberimis collocaſti eum. Potasti
 nos vino compunctionis: & sic morbos
 nostros sauisſime curaſti. Cibaſti nos ſpi-
 ritu tuo dulciſſimo, & omnem languo-
 rem procul abiecisti. Dedisti nobis car-
 nem tuam in escam: & animas nostras
 ingenti gaudio lætificasti. At cur tam tar-
 de post tot ſeculorum curricula venisti
 ad nos? Num ſatius fuiſſet, magisque
 u conſultum mortalibus, ſi mox poſt
 lapſum eos erexiſſes, quā poſt
 longiſſimum expectatio-
 nis tuę cruciatum,
 tādē illi fer-
 re opem?

Dialogus tertius, in quo tractatur cur redemptio generis humani tam diu fuerit dilatata: & de variis consolationibus, quibus interim expectationis tedium leuabatur.

I E S U S.

A N I M A.

Iesus. Spōsa mea dubio quodam sollicitatur: volo ergo eam ex eo liberare. Quid est quod tecum uoluis, num longe; melius fuisset: hominiq; magis consultum, si longe ante venissem in mundum? Anima. Spōsus adest, sponsus adest. Quātum gaudeo? Non irascatur dominus ancillæ suæ. Non enim est dubiū, sed pia quædam interrogatio: an consultius fuisset hominibus, si statim post lapsum eos erexisses, quàm post tot temporū secula? Iesus. Omnia mihi possible sunt. Et mors, vitaq; hominum in manu mea. Quosq; sine vilo condidi labore, eosdem & statim valui erigere. Ceterum cum opera mea omnia non tantū in misericordia, sed in iustitia quoque finita sint, tātum scelus remanere inultum, prorsus æquitas reclamabat. Oporrebat

D

ergo

ergo ut primo puniretur peccatū: dein-
 de homo rediret ad misericordiam. Nō
 quòd per quęuis flagella quātumuis gra-
 uia satisfacere posset: at ut ex verbera-
 piēs euaderet. Facilitas enim veniæ sce-
 lerum, delictorumq; est seminarium: ve-
 rū duritia tribulationis, flagelliq; asperi-
 tas animā ab æternis inferni cruciatibus
 defendit. Longo hominē affixi tempo-
 re: multis eū torfi verberibus: plurimosq;
 ad tartara ire permisi: quo & peccata nō
 manerent impunita: & mei varijs purga-
 rentur tribulationibus. Cæterum inter
 flagella, atque supplicia, misericordiæ
 quoq; recordabar, ac veniæ. Nā dolores
 vulnerum spe clementię tēperabam: &
 longā mei aduentus expectationē ange-
 lorū suauissimis colloquijs, figuris quoq;
 ac prophetijs (quę de me vaticinabātur)
 leniebam. Nam statim ab origine crea-
 turarum rationalium, in Abel iusto fra-
 tris malitia interempto, mortem meam
 innocentissimam prefigurabam. In arca
 à Noe Patriarcha fabricata, ecclesiā meā

Gen. 4.

Gen. 6.

osten

ostendebam. In obedientia Isaac, strueq; Gene. 22.
 lignorum super humeros eius imposta,
 obediētiam meam vsq; ad mortem: cru-
 cem quoque, quam eram baiulaturus, si-
 gnificabam. In mansuetudine, ac simpli- Gene. 28.
 citate Iacob, quā magna futurus essem
 modestia, animiq; lenitate perstringebā.
 Rursum in Ioseph, liuore, inuidiaq; fra- Gene. 37.
 trum diuendito, Iudæorum in me odiū,
 ac Iudæ proditoris venditionem figura-
 bā. Postremo nunquid nō Iob plagatus, Iob. 2.
 spoliatusq; omnibus bonis: atq; ab ami-
 cis suis derisus: carnē meam vulnerandā,
 meq; à phariseis irridēdum precinebat?
 Huiusmodi ergo figuris aduentum meū
 præueniendum duxi, quo & meos inter
 flagella erigerem: & tam diuturnæ expe-
 ctationis tædiū leuarē. Prophetas quoq;
 præmissi tanquā meę voluntatis cōcio-
 natores: qui & populo meo me breui ad
 futurum denuntiarēt: & exēplo, atq; do-
 ctrina, viā mihi in hominū cordibus præ-
 parent. Hinc Moyses inter oēs hoīes mi-
 tissimus blāde populū de aduētū meo cō-

Deut. 18.

Esa. 11.


Esa. 9.

Esa. 1.

Esa. 5.

solans dixit: Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris: quem sicut me audietis. In Eisa. 11: Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie, & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientie, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. Et ne quispiam, quid per virgam, quidue per florem significarem, dubitaret: adieci protinus: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Quod est nobiscum Deus. Nonne ille idem ingenti gaudio, atq; ineffabili lætitia clamabat: me iam mente videns: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis? Et iterum: Erit in diebus illis mons domus domini in vertice montium: & fluent ad eum omnes gentes? Rex quoq; Salomon spem meorum erigens, inuitabat eos dicens: Egredimini filie Syon. Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die

lætitię cordis eius. Per Ezechielē quoq;
 electos meos confortabam, dicens: Ego
 ipse requirā oues meas. Et visitabo eas,
 sicut facit pastor, quando est in medio
 ouium suarum dissipatarum. Ani. O ma-
 gna super filios hominum prudētia tua,
 bone Iesu: magna, & amabilis dispēratio.
 Quid homo, quòd memor es eius: aut fi-
 lius hominis, quoniam reputas eum? Iu-
 ste hominem rebellem, præuaricatorēq;
 tuę legis valebas conterere: perperuisq;
 flammis adstringere: verum multa erga
 eum motus charitate, pie, atq; misericor-
 diter castigatum, innumeris erexisti mo-
 dis: redeundiq; in statum pristinū dedisti
 spem. Angelos, Patriarchas, atq; Prophe-
 tas consolandi gratia ad eum misisti, qui
 non tantum reis indulgentiam, captiuis
 apertionem, annum placabilē: & iucun-
 dissimum aduentum tuum prædicarent:
 verum etiam quid virtus, quid prudētia,
 quid iustitia, quid deniq; tibi gratum ef-
 fer, edocerent. Non modica hæc amoris
 tui vehemētissimi erga nos indicia: ma-




Ioan. 15.

gna futurorum bonorum præludia: iucū-
 dissima quoq; redeundi ad te incitame-
 ta. Quis ergo pro tātis beneficijs tibi gra-
 tias condignas agere valeat? Aut quis te
 satis diligat, bone Iesu? Iesus. Non me e-
 legistis filia: sed ego elegi vos. Et dilexi
 ante mundi constitutionem: dixiq; deli-
 cias meas esse vobiscum. Idcirco cum sa-
 tis iam vos flagellassem: & tantæ moræ
 meæ diuturnitate purgassem: fecissemq;
 tandem dignos mea præsentia, à regali-
 bus sedibus in vterum virginis descendi:
 atq; intra virginea claustra humanitatē
 indui, inter homines versaturus: & quod
 retro seculi temporibus promiseram so-
 luturus. Anima. O dulcissime Iesu, quis
 audito hoc non obstupescat? Non im-
 merito vnus ex prophetis admirans cla-
 mabat: Nouum fecit Deus super terram:
 foemina circundabit virū. At multo ma-
 iore dignum stupore: Ecce mulier cir-
 cundat Deū. Quis vnquam audiuit hoc?
 Aut quis tale miraculum capere valeat?
 Nunquid non tu cœlum ponderas in sta-
 tera

Luc. 7.

Hier. 32.

terra: & terram palmo concludis? Quo-
 modo ergo in virginis utero latitas? Nū-
 quid non dixisti: cœlum mihi sedes est: Esaï. 66.
 terra scabellum pedum meorum? Qui
 ergo obsecro domine, tam exiguo virgi-
 nis gremiolo concluderis? Non capit te
 orbis, & cōtinet te virginis uterus? Non
 circumscribit te cœlum, & apprehendit
 te virgo? Si dominus omnium, quomo-
 do ancillæ filius? Nunquid non tu sole
 purior: luna clarior: stellis lucidior: & an-
 gelis limpidior? Qui ergo obsecro cum
 re tam obscura, humili, atq; abiecta, con-
 nubium inire voluisti? Carnemq; hanc
 nostram tam multis modis miseram in-
 duere decreuisti? Nimius amor tuus er-
 ga humanum genus hoc fecit, dulcis
 Iesu: qui non solum nostræ calamitatis,
 miseræque es misertus, verum etiam
 ad nos descendens infirmitatis nostræ
 & medicamentum extitisti, & medicus.
 Et ne quis tantæ diuinitatis maiesta-
 tem expauesceret: celsitudinem in carne
 fragili abscondendo, similis nobis appa-
 ruisti.



ruisti. Ies. Sic se reshabet, filia. Veni enim,
 vt hominum ignorantias claritate mea
 abigerem: eorumq; captiuitatem durissi-
 mã proprio redimerem sanguine. Erat
 homo de cœlo, & cœlum ignorabat. Ad
 cœlum erat conditus, & cum cœno ver-
 sabatur. Angelicę dignitatis, eterniq; gau-
 dij capax erat: & nil aliud quã dæmo-
 num agebat mancipium. Deum optimũ,
 maximum, factoremq; suum spernebat:
 & idolorum spurcissimorum regebatur
 consilio. Finem bonorum in propria ex-
 cellẽtia, in multis honoribus, pompis, ac
 dignitatibus collocabat. Ductore ergo
 illi opus erat, qui iter ei tanquã cæco,
 qua ad patriam tenderet, commostraret.
 Et ecce ego ipse me dedi illi in præcepto
 rem, ducem, atq; itineris socium. Ange-
 los parui fecerat: Patriarchas, atque pro-
 phetas contempserat: & ecce ego ipse (si
 me forte sequeretur) me illi tradidi. Hu-
 militate indigebat sumopere: & ecce in
 stabulo nascor abiectissimo, sine princi-
 pum, aut regum strepitu, qui me circũsta-
 rent:

erent: sine ducum, aut magnatū obsequijs,
 inter prælepij angustias constitutus, qui
 mihi lectum vel eburneum, vel aureum Luc. 2.
 deligere potuissem. Et ne quis de diuini-
 tate ambigeret: gloria in excelsis canunt Luc. 2.
 angeli: bruta animalia genu flectunt ad
 tantum mysterium obstupefacta: omnes
 congratulantur hominis fœlicitati, qui
 Deum meruit habere præceptorem, qui
 tam tenera ætate, paupertate tua, illius a-
 uaritiam cōfunderet: humilitate, super-
 biam condēnaret: tāq; vehementi aspe-
 ritate mollitiem eius fœmineam redar-
 gueret. Accurrunt pastores cœlesti nū- Luc. 2.
 tio, angelicoq; præconio admoniti: Vi-
 derunt me saluatorem suum, atq; credi-
 derunt: adorauerunt, Deoq; gratias ege-
 runt. Verum cū pro vniuersi generis hu-
 mani salute venissem, gentibus quæ que-
 me ostēdi: nouēq; stellæ admirabili splē- Mat. 2.
 dore natiuitatem meam eis denuntiati.
 Veniunt ergo & magi: iubilant: currunt:
 festināt: nec cessant, donec me inueniūt:
 seseq; supplices ante conspectum meum
 pro



prosternunt: coronisq; depositis se crea-
 turas, me autem factorem suum, atque re-
 demptorem profitentur. Hæ primitiæ
 gentium: hoc quoque salutis earum fun-
 damentum: cœpitque paulatim myste-
 rium pro palari. Cognouerunt Iudæi: co-
 gnouerunt & gentes. Iudæi autem pri-
 mi, quoniam ipsis facta est re promissio:
 quãquã malitia sua, atq; animi duritia
 se postremos fecerunt. Simeon iustus
 expectans redemptionem Israel, in spi-
 ritu venit in templum: ibiq; agnita veri-
 tate, cum ingenti gaudio me suscepit in
 vlnis, atque adorauit. Anna quoque illa
 prophetiza diuini luminis splendore il-
 lustrata exultans, ac iubilans se mihi ob-
 tulit: diuinitatemque meam professa est.
 Post hæc iuxta prophetiam abij in Aegy-
 ptum Herodis persecutoris rabiem fu-
 giens: meisq; patientiæ, atque humilita-
 tis præbês exemplum illicq; Septennio
 expleto, tandem in patriam redij Hero-
 de mortuo. Duodecimo autem ætatis
 meæ anno in templo inter doctores re-

Actu. 2.

Luc. 2.

Luc. 2.

Matth. 2.

Luc. 2.

pertus, admirabile sapientiæ meæ speci-
 men dedi. Porro quo liberos quemad-
 modum erga parentes se gererent, meo
 exemplo erudirem, multis annis cū om-
 ni humilitate, atq; obedientia me paren-
 tibus subieci. Vbi vero iam tempus adue-
 nisset, quo palam me manifestare mun-
 do deberem, vale dicto parentibus, simu-
 lac sacri Baptismatis sacramento in Ior-
 dane fluuio instituto, in vastam solitudi-
 nem me contuli cum diabolo humani
 generis aduersario conflicturus: quo &
 vitæ genus quoddã perfectissimũ meis
 ostenderem: & quibus armis hostem de-
 bellarent, meo exemplo propalarem.
 Profligato tandem hoste: discipulisq; a-
 liquot collectis: non sapientibus, non po-
 tentibus, vel nobilibus huius mundi, ne
 prædicationis gloria illis adscriberetur:
 prius ad prædicationẽ me accinxi: mul-
 toq; miraculorũ, prodigiorũq; splendore
 roboravi meos sermones: meque omniũ
 conditorẽ esse, verũq; saluatorem argu-
 mẽtis insolubilibus ostendi. Porro cū ad

Luc. 2.

Matth. 5.

Matth. 4.



verborum; efficaciam non partim faciat
 vitæ exemplum: cum sermone adiunxi
 sanctitatem. Eram enim in verbis grauis:
 in moribus honestus: maturus in incessu:
 in cibo parcus: pauper in vestitu: in facie
 ferenus: in correctione ostendebam se-
 ueritatem: in colloquutione dulcorem cō-
 mostrabam: tranquille sufferebam iniu-
 rias: paratissimus erā ad opprobria: quē-
 dam etiam diuinitatis fulgorem à facie
 emittebam, qui aspicientium ad se trahe-
 ret affectus: repleretque admiratione, &
 gaudio. Anima. Quando rādem pro tam
 excedenti, tamque ineffabili tuo in nos
 amore tibi gratias agere poterimus opti-
 me, potentissime Deus? Hominem ad
 imaginem tuam formaueras, vt esset cū
 angelis perpetua sollicitate beatus. Aruit
 virtus eius: & omnino factus est langui-
 dus. Venisti ipse curare languores eius
 tanquam vnus ex nobis: carne nostra in-
 dutus, ne quis expauesceret maleflatem.
 Inter homines ergo versans & antidorū
 preciosissimum, aliaque medicamētū

habere, quibus & hominum mentes, & corpora curares profitebaris. O bone Iesu, dulcis præceptor, & medice supramodum amabilis. Quis talem medicum refugeret, qui dominus est angelorum? O animarum castarum sponse summe desiderabilis: vox tua dulcis, & facies tua decora: medicamentum tua sapida, nec quæquam habetia amaritudinis. At que præcipua potio tua, qua omnia vulnera, omnesque morbi quâcumque incurabiles, atque pestilentes curantur? Nunquid non amor tuus? O dulcis amor, qui etiam potiones felleas, amarissimasque dulces reddis? Quid vero amore suavius. Non abs re, bone Iesu, dicebas: Venite ad me omnes Matthæi qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Iugum enim meum suave est: & onus meum leve. Quid autem iugum tuum appellabas, nisi amorem suum? Amor tuus iugum suave. Stringit enim & ita iugum: sed vehementer recreat, & suave. O amor Dei, quàm suave iugum, quàm amabile onus? At quis te non diliget



get: totisq; conatibus fructus tuos suavif-
 simos non sollicitet, bone Iesu? Tu enim
 factus homo, vt hominem miserum redi-
 meres: pauper, vt hominem diuitem red-
 deres: humilis, atque abiectus, vt eum ad
 ætherea regna subleuares. Ies. Ausculta, fi-
 lia: præbeq; mihi cor tuum: ac transien-
 tiū illud affectionibus expurga. Ita enim
 digna fies & intelligere sacramentū Dei
 ab æterno absconditum: & thesauros sa-
 pientię inuenire. Ego omnipotens crea-
 ui homines: & innumeris eos dotaui, or-
 nauiq; muneribus: ipsi vero tantorū be-
 neficiorum immemores non tātum me
 spreuerunt: meiq; regni se indignos fece-
 runt: verum (quod nefandū est) filij mei,
 quos delicate nutrieram, leuauerunt cō-
 tra me calcaneum: abierunt retrorsum:
 abierūt inquam post Deos alienos: & sa-
 crificauerūt sculptilibus. Canaā: immo-
 lauerūt filios suos, & filias dæmonijs, &
 innumeris modis me ad iracūdiā pecca-
 uerunt. Cæterum cū bonitatis meę diu-
 tias incōparabiles propagare decreuisse,

non corpi vltionē de homine, prout me rebatur: quin potius beneficijs eū studi eblandiri: nouis muneribus attrahere: nō faciem meam ab eis abicōdere: imo me ipsum dare sibi in sociū, in pręceptorem: in ducem, in cibū, in pretium, in premiū. Da enim inimico tuo famēti cibū, ac sitiēti potū, & congregabis carbones super caput eius. Sua culpa in foueam deciderat, & ego eū erexi: cęcos illuminauī: curauī morbidos: dispersos cōgregauī: redētes suscepi in gratiam: vniuersos suę salutis rationē habere benigne sum exhortatus: & quod vltimū erat, p̄ eis propriū sanguinē fudi. Hac arte, qui inimici mei erāt, tantā diuinitatis meę bonitatē aspiciētes, facti sunt amici: & q̄ me derelicto demonijs se deuouerant, ad Deum suū gaudētes redierūt. Homo ab æternis igniū cruciatibus liberare se haud valebat: angeli quoq; nequaquā illi opem ferre poterant: cumq; omni ex parte nullum sibi superesset remedium: veni ego in potentia, sapientia, ac bonitate. ceterisq;



itisq; omnibus patri coæqualis: obtuliq;
 me in pretium pro homine: & quod ipse
 debebat ego in corpore meo pertuli. Cru-
 ci enim me submisi: opprobria innume-
 ra pertuli: flagellis durissimis fui cæsus:
 corona spinea compunctus: postremo
 crucifixus, & morte turpissima interfe-
 ctus. Et his factis homo me non amet?
 Non amplexetur? Nō veneretur? Ac ex
 inimico fiet amicus? Factus est certe a-
 micus: & haud pauci non substantias so-
 lum suas, sed & vitas cum ineffabili gau-
 dio pro nomine meo obtulerūt. Hęc te-
 cum frequēter verba: semperq; gere ante
 oculos: & vale: Reuertendum enim mi-
 hi est ad patrem. Anima. Noli, spōse mi:
 noli ancillam tuam tam cito deserere.
 Videor enim mihi te præsentē in aliquo
 esse deliciarum paradiso. Quam dulcis
 est mihi cōuersatio tua nullā prorsus ha-
 bēs amaritudinē? Ies. Pater me vocat: om-
 nino mos gerendus est. Dabo operā, vt q̄
 ciussime ad te reuertar: tu (vt dixi) iter-
 ea hęc, quę dicta sunt, attentissime cogita.

Ad

Admirabilis sanguinis Christi virtus
ab anima explicatur.

Volo spōso meo morem gerere:
& passionem eius sacratissimam
mecum altius cōtemplari. O pe-
ctora; hominum prorsus adamantina si
inter tot diuini amoris incitamenta non
mollescant: imo non liquefiant. In mer-
te saluatoris tremuit terra: & homo ad
imaginem Dei factus durefcit? Lapidesci-
scisi sunt: & rationalis spiritus non mo-
uetur? Sol obstupescit: & anima tāta Dei
charitate non impinguescit? Mortui re-
surgunt: & non aduertunt viui? O bone
Iesu omnia opera tua ineffabilem tuam
erga nos ostendunt beneuolentiam: pre-
cipue autem vita tua. Sed quid de nobi-
lissima morte dicam? Nunquid non hæc
est vel expressissima charitatis tue, qua
in æternitate nos dilexisti: imago? Tum
autem opprobria tua innumera, quæ no-
stri gratia sustulisti, num aliud sunt quā
clarissima quædā indicia ineffabilis tuæ
dilectionis: & manuscula, quibus nos do-

Matth. 27.

Matth. 27.

Matth. 27.



nasti preciosissima? Ego vero singulas
 sanguinis tui preciosissimi guttas omni-
 bus prefero gemmis: nec aurum æstima-
 tu aliquid ad eas comparatum. Coronā
 quoq; pulcherrimam de cruore tuo cō-
 posui: quam superposui capiti meo: & sic
 quasi Regina p̄cessi de cubiculo: & ap-
 parui in conspectu tuo speciosa, adeo vt
 ipsi etiam angeli laudarent ornatū meū.
 Terribilis quoq; visa sum hostibus meis.
 Non enim tolerare valebant sanguinis
 tui vehementiam. Dicebant: fugiamus:
 fugiamus, ne forte moriamur. Deus e-
 nim pugnat p̄ ea. Quid mirū? Sanguine
 enim tuo debellasti eos: tuosq; in manu
 potenti, de potestate, atq; tyrannide eo-
 rum liberasti. Cruore tuo fregisti infer-
 num: & qui tot seculis captiui teneban-
 tur cum ingenti gaudio illinc eduxisti.
 Sanguine tuo, bone Iesu, referasti cœlū:
 & quos plurimum amabas in gloriam
 subleuasti. Sit ergo hominum amator;
 dulcissime Iesu, sanguis tuus spes mea,
 fortitudo mea, & lauacrum omnium pec-

catorum meorum efficacissimū. Sit san-
 guis tuus mihi in poculum præclarissi-
 mum: vinum quod inebriare valeat ani-
 mam meam. Nam vinum hoc germi-
 nans virgines: vinum preciolum, & de-
 lectabile: & cum inebriauerit, nō extin-
 guit mētem: nec tollit rationem: sed in
 sapientia, & veritate erudit animam: &
 dulcissimo gustu satiat. Quis mihi det de
 hoc calice frequenter bibere? O calix
 inebrians dulciter, & honeste quā prae-
 clarus tu es: præclarus in delicijs: in for-
 titudine insignis: in sapore desiderabi-
 lis. De te biberunt Patriarchę, atq; Pro-
 phetę, in spe tamen solum, & gauisi sunt
 supramodum. De te satiati sunt Aposto-
 li, & ibant gaudentes a conspectu con-
 filij, quoniam digni habiti sunt pro no-
 mine Iesu contumeliam pati. Te Marty-
 res inebriasti: & vincula, carcereſque,
 verbera quoq; & mortes tæquā roſas,
 & lilia estimauerunt. Deniq; & Confes-
 sores dulcedine tua ingēni demulſisti, &
 multorum temporū labores, vigilas, iei-

Aā.

iunia, dæmonum tentamenta, & varias
 corporis molestias facile superarūt: po-
 stremo & virgines sacræ ad te cucurre-
 runt, & liquore tuo excedentes in tym-
 pano, & choro, in chordis, & organo, in
 iubilo, et lætitia inenarrabili canticū nouū
 domino decantarunt: virginitatemque
 suam integram seruarūt. O passio domi-
 ni mei supramodum præclara, atq; ama-
 bilis, vniuersa in te complectēs bona: tu
 magistra virtutum: tu doctrix sapientiæ:
 tu omnis religionis Christianæ speculū
 limpidissimū: tu vere omnes thesauros
 sapientiæ, & scientiæ in te cōtines. Si spi-
 ritus paupertas expetitur, tu eam perfe-
 ctissime doces. Si mansuetudo desidera-
 tur, à te sane petenda est. Si patientia ex-
 quiritur, tu ipsius norma. Si obedientia
 petitur, à quo melius quàm à te, dulcissi-
 me Iesu crucifixe. Iuste ergo Apostolus
 tuus Paulus clamabat Profiteor, inquiēs
 me inter vos nil aliud scire, nisi Iesum, &
 illum crucifixum.

Dialogus quartus, quod in passione Christi manifestatur potentia, sapientia, & bonitas Dei.

IESVS.

ANIMA.

Iesus. Vos angeli, videtisne spō-
 tam meam, quanta ardeat chari-
 tate. Sed & facies eius velut sol
 repletur: tota autē eius liquefacta est
 præ mei amore: nec ferre potest diutius
 absentiam meam. Descendam ergo, vt
 eius satisfaciā desiderio. En spōsus tuus,
 filia, quem sic desiderasti: & ardentissi-
 mis orationibus postulasti. Anima. Salue
 sponse mi: quantum desideravi aduen-
 tum tuum? Omnia mihi sine te insipida
 sunt, arida, atq; insulsa: nec te absente vi-
 ta mihi placet: aut vlla res arridere po-
 test. Iesus. Nō iniuria. Ego enim sum via, Iob. 14.
 veritas, & vita. Qui mihi adhæret, viam, Proverb.
 inuenit pulcherram supramodum, atq; spe-
 ciosam. Viæ enim meæ pulchræ, & om-
 nes semitæ meæ pacificæ. Num forte aliq;
 duxerunt ad vitam? Aut vbi virtus esset,
 & prudentia ostēderunt? Apud me filia
 est

Prouer. 8.

est fons vite: & in lumine meo salus eterna sita est. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilauerunt ad me, inuenient me.

Num. 21.

Anima. O verba dulcissima, & plane vitalia? Iesus. Ego sum serpens ille exaltatus in deserto, qui morsus omnes filiorum Israel venenosos solo curo aspectu.

Gene. 35.

Ego sum Rachel illa vxor Iacob, qui vt filios parerem, ipse præ dolore interij.

Gene. 22.

Ego sum ille Isaac filius Abraam, qui crucem meam humeris meis baiulaui, vt ab humeris vestris eam propellerem. Ego

Gen. 37.

sum Ioseph diuenditus pro vestra salute. Sanguis etiam meus toties in sacrificijs fuit figuratus antiquis, quo pretium eius inæstimabile signaretur. In sanguine enim meo pax summa, atque tranquillitas, gaudium, & exultatio, & delectatio incredibilis. In cruore meo lumen est oculorum, & vnctio suavissima. Qui passionem meam in suo gestarit pectore, fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam: ibit de virtute in virtutem: de claritate in claritatem: illuminabitur

nabitur lumine ex alto : & quotidie nouis locupletabitur meritis. In hac mirifice meam patefeci potētiam: qui per crucem deuici mundum: infernum confregi: aperui cœlum. In illa quoque sapientia mea plurimum resplendet. Nam per eam hominem deformatum, misere concussum, atque plagatum reformauī: in integrum restitui: de manu hostis ferocissimi eripui: angelis similem reddidi: gloriaq; mea dignum effeci. Porro in passione bonitas etiam mea vehemētissime, mirabiliterq; relucet. Nam pro hominibus, imo pro inimicis mortem passus sum acerbissimam: sanguinemq; meum fudi, vt eos patri meo reconciliarer. Vinculis durissimis me ligari permisi, vt hostes mei ab his soluerentur in carcerem trusus sum, vt restituerentur libertati: corona spinea punctus, ne tartareis traderentur flammis: flagellis cesus, vt peccatorum veniam mererentur, atq; consequerētur: mille ignominiarū generibus affectus, vt ppetua gloria coronarē

Ioan. 15.


tur. Maiorem charitatem nemo habet, quam si quis animam suam ponat pro amicis suis. At quid si pro inimicis? Nunquid non ab ultimis finibus pretium eius? Postquam ergo hominem meo redemi sanguine, descendi ad inferos, patres coniolaturus; quos multo perfusus gaudio, mecum adduxi in gloriam: meos tamen non deserens, quos in mundo relinque-

Matth. 28.

bam. Cum illis enim sum usque ad seculi consummationem: varia pro necessitate eius, fragilitateque sua relinquens remedia. Nam contra peccatum originale institui baptismum: contra actuale, confessionem: aduersus mentis infirmitatem, confirmationem: contra incōtinentiam, matrimonium: aduersus ignorantiam, ordinem sacrum: contra malitiam, Eucharistiae sacramentum: aduersus peccata venialia, extremam unctionem. Stabiliui ergo ecclesiam meam muro inexpugnabili, atque fortissimo: variisque turribus, virtutumque ornamentis eam decoravi. Tum etiam uniuersa armorum genera reliqui ei, quo cunctis

cunctis hostibus fieret formidabilis. In primis fide reddidi eam supramodum illustrem, & spei iucunditate mentem, animamq; eius repleui: per charitatem autem mihi illam accepi in sponsam dilectissimam nunquam à me in æternum disiungendâ. Quanti vero apud me hæc tria sint intelligas, alias de his latius. Nunc in cœlū reuertor: tu interim codicibus sacris te ipsam exerceas: sanctisq; meditationibus atque feruētibus orationibus dilata affectum tuum & purga: quo copiosiore, atque abūdantiore uisitatione mea digna fias. Anim. Hei me miseram? Qui ferre queam absentiam tuam? Nūquid non vel momentum temporis est, quo tuis dulcissimis fruita sum colloquijs? Putabam vel totum diem saltem tua gauisuram presentia. Adhuc modicum confabulemur dulcissime spōse: & de fide aliquid mihi edisse e, de qua doceri à te vehementer desidero. Iesus. Dimitte me: non possum hic hærerè diutius. Tu (vt dixi) quid sacri doctores de

fide



fide tractauerint, periege: & si quid du-
 bij obortum fuerit, ad aliã uisitationem
 referua.

Dialogus quintus in quo agitur
 de fide.

ANIMA.

IESVS.

Anima. Ecce iam rursus relin-
 quor sola. At quid inquam sola?
 Nonne ibi est Paulus? An non
 & Augustinus, Gregorius, Ambrosius:
 multique alij sancti doctores? Eamus
 ergo ad eos: & iuxta sponsi præceptum
 videamus quid illi de fide tractarint. Vi-
 de quid dicat vas illud electionis Apo-
 stolus Paulus: Fides est substantia spe-
 randarum rerum: argumentum non ap-
 parentium. Heu quàm difficile? Pla-
 ne hoc omnem meum subterfugit intel-
 lectum. Quam vellem ut dominus Ie-
 sus adestet (est enim fons sapientiæ in
 excelsis) & vno momento mihi hoc ro-
 sum expediret. At certe eum precibus

Ecclesi. 1.

volo

volo pulsare vt veniat. Nam proximo congressu dedit mihi fidem se breui adfuturum. Verum prius iterum experiar, si sola potero intelligere hanc difficilem descriptionem. Fides inquit est substantia etcæt. Heu tenebræ. Plane fateor meam ignorantiam: nec vel exiguus intelligentiæ radiolus mihi interlucet. Sponse dulcissime Iesu Christe, ad sis nunc etiam mihi in hoc loco: illustra obsecro intellectum meum, vt videam quid sibi velit hæc descriptio. Iesus. Cur sic incedis tristis, filia, atque afflictæ? Quidue tecum versas cogitabunda? Anima. Domine, abij ad codices (vt præceperas) de fide quid sacri doctores tractauerint lectura: incidiq; in Paulum dicentem: Fides est substantia sperandarum rerum: argumentum non apparentium: & prorsus ignoro quid sibi velit dicere: iterumq; atq; iterum id mecum reuolui, & adhuc maneo stupida: sineo; villo intellectu: ideo votis omnibus desideravi, vt tu pro solita benignitate id mihi



declarares. Iesus. Quid est, filia, in quo
 hæres? Aut quid peius tibi in hac re de-
 clarari? Anima. Primo quid sibi vult sub-
 stantia sperandarum rerum? Iesus. Ideo
 fides substantia sperandarum rerum, quia
 eas quodammodo ac si in rerum natura
 essent: ea que iam possiderentis subsistere
 facit: quodque tam certi illarum suis, quã
 si iam tenerentis. Vel quoniam substantia
 dici solet prima inchoatio cuiuscunque
 rei, maxime vero quando tota res, quæ
 sequitur virtute, in primo principio con-
 tinetur. Iuxta ergo hac rationem fides
 dicitur esse substantia rerum speranda-
 rum quoniã prima inchoatio rerum speranda-
 rum in vobis est per assensum fidei: quæ
 virtute omnes res sperandas continet.
 Anima. Pulchre iam intelligo cur fides
 substantia dicatur sperandarum rerum.
 Dic mihi nunc, dulcissime Iesu, quid sit
 argumentum non apparentium. Iesus.
 Argumentum est quædam offensio, siue
 demonstratio: & ideo fides dicitur argu-
 mentum rerum non apparentium, quia

eas tam certo mentis oculo representat,
 quàm si oculo corporali peruiderentur.
 Vnde alias, fides est habitus mentis, quo
 vita æterna in aliquo inchoatur: faciens
 intellectum non apparentibus assentire.
 Anima. Quàm bene? Sed obsecro, domi-
 ne, circa quæ versatur? Iesus. Versatur cir-
 ca simplicem, semperque existentem ve-
 ritatem. Anima. Nunquid circa alia? Ies.
 Minime. Anima. Hoc est quod adfert mi-
 hi dubium. Nã illud obiectum fidei esse
 videtur, quod nobis proponitur ad cre-
 dendum: At non solum proponuntur
 nobis ad credendum ea, quæ ad diuini-
 tatem pertinēt: sed etiam alia permulta:
 vt est humanitas tua: sacramenta, atque
 huiusmodi. Ergo non solum circa simpli-
 cem, & semper existentem veritatem fi-
 des versari videtur. Iesus. Versatur circa
 ea non per se considerata, sed secundum
 quòd ordinat ad Deum: & eis etiam as-
 sentit, propter primam veritatem. Vnde
 indubitato tenendum est, primam veri-
 tatem, quæ Deus est, esse obiectum fidei.

Ani.



Ani. Dulcissime sponse, pergamus ulterius. Nā hęc mihi mirifice placēt. Creuit ne fides secūdum tēporum successionē? Ies. Haud dubie creuit. Ani. Hoc ipsum sancti doctores asserunt: quāquā nō satis intelligam. Nam sicut per apostolos tuos fides ad nos peruenit: ita etiam in veteri testamento per priores patres ad
 12. posteriores: secūdū illud Deuteronomij: interroga patrem tuum, & annūtiabit tibi. Sed apostoli plenissime fuerūt instructi de mysterijs: ergo etiā & priores patres. Nō igitur videtur fides creuisse secundum successionem temporū. Ies. Patres annuntiauerūt fidem filijs suis: sic seres habet. Annunciauerūt & apostoli: & hoc etiam verum. At non vt apostoli acceperunt primitias spiritus: & repleti fuerunt Spiritu sancto, etiam & patres. Nam vltima consummatio gratiæ per me facta est. Vnde & tempus meum plenitudinis dicitur. Et ideo illi, qui meo aduētui propinquiore fuerunt: vt Ioānes Baptista: siue post, vt apostoli, plenius
 myste

mysteria fidei cognouerunt: vt in iu-
 uetute dicimus hominis perfectionem:
 ideoque perfectior est hominis status
 quanto iuuentuti vel ante vel post est
 propinquior. Quare dicendum est, quod
 quoad substantiam articulorum fidei,
 non est factum eorum augmentum per
 temporum successionem. Nam quæ-
 cunque posteriores crediderunt, conti-
 nebantur in fide præcedentium patrum.
 Sed implicite. At quoad explicationem,
 creuit numerus articulorum. Nam quæ-
 dam explicite cognita sunt à postero-
 ribus, quæ à prioribus non cognosce-
 bantur explicite. Vnde dicebam Moy-
 si: Ego sum Deus Abraam, Deus Isaac, Exod. 6.
 & Deus Iacob: & nomen meum Ado-
 nay: Non indicaui eis. Et David dicebat: Psal. 112.
 Super senes intellexi. Et ego erā, qui lo-
 quebar in Paulo, quando dicebat Ephē. 3.
 Ephēsijs: In alijs generationibus non est cog-
 nitum mysteriū Christi, sicut nunc reuela-
 tum est Sanctis apostolis eius, & prophe-
 tis. Quare haud dubie creuerunt articu-
 li

li secundum successionem temporum,
 quātum ad eorum declarationem, licet
 non quantum ad essentiam. Ani. Quā
 belle? Quæso, domine, ne moleste fe-
 ras, si adhuc interrogauero. Fides est
 ne acquisita, an infusa? Iesus. Quis dubi-
 tat quin infusa. Anima. Quomodo ergo
 Augustinus dicit, quòd per scientiam gi-
 gnitur, defenditur, ac roboratur: at ea,
 quæ per scientiam gignuntur, magis vi-
 dentur, acquisita esse, quàm infusa. Ie-
 sus. Per scientiam gignitur fides, & nutri-
 tur, verum per modum exterioris per-
 suasionis, quæ fit ab aliqua scientia, quæ
 non est sufficiens causa gignendæ fidei:
 sed principalis, & propria causa fidei est,
 id quod interius mouet ad assentiendum.
 Vnde certum est ad fidem duo requiri.
 Quorum alterum est, vt alicui credibilia
 proponantur: alterum vero assensus cre-
 dentis, ad ea quæ proponuntur. Primum
 à Deo esse non est dubium. Nam ea, quæ
 sunt fidei infirmitatis humanæ capacita-
 tem excedunt: quare in rationem homi-
 nis

nis non cadūt, nisi Deo reuelante. Quā-
 tum ad secundum: quippe assensum ho-
 minis in ea, quæ sunt fidei: huius duplex
 reddi potest causa. Alterā exterius indu-
 ces. Vt miraculum: aut hominis persua-
 sio. Quorum neutrum est sufficiens. Vi-
 dentium enim vnū, & idem miraculum:
 audientiumq; eandem prædicationem
 alij credunt: alij nequaquam. Vnde aliam
 causam interiorē, hominem interiorius
 ad ea, quæ fidei sunt, mouentem dare ne-
 cesse est. Nam cum quispiam assentiēdo
 his, quæ sunt fidei, supra suam eleuetur
 naturam, non dubium quin hoc ei insit
 ex supernaturali principio interiorius mo-
 uente: quod est Deus. Vnde fidem tam
 quoad credenda, quam quoad assentien-
 dum, qui principalis eius est actus à Deo
 esse est certissimum. Infusa ergo est fides
 non acquisita. Anima. Pulchre nūc hæc
 intelligo. Sed obsecro, domine, nunquid
 homo, vel angelus in prima tui cōditio-
 ne habuerunt fidem? Iesus. Habuerunt
 certe. Anima. Hoc est quod meum fugit



Roma. 10.

intellectum. Nam cognitio fidei quãdam habet obscuritatem: sed in statu innocentia non fuit vlla obscuritas: quoniam tenebrositas est poena peccati. Ergo videtur, quod fides in statu primæ conditionis esse non potuit, neque in homine, neque in angello. Iesus. In statu primæ conditionis hominis, vel angeli non erat obscuritas culpæ, vel poenæ: inerat tamen intellectui eorum quãdam obscuritas naturalis: quæ quidem sufficit ad rationem fidei. Anima. Placet. At vnum adhuc superest dubium: quod obsecro etiam mihi expedias. Apostolus enim tuus Paulus inquit, quod fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei. Verum hoc locum non habuit in primo statu angelicæ conditionis, aut humanæ. Erat enim tunc homo solus: nec habebat à quo instrui possit. Vnde videtur fidem in statu illo non fuisse neque in homine, neque in angello. Iesus. In statu illo filia, non erat auditus ab homine exterius loquente, sed à Deo interius inspirante: sicut & propheta

phetae audiebant. Anima. Placet. Sed quando has quaestiones optime expedisti: hoc nunc etiam mihi ediffere. Quae sunt, quae fidem illustrant? Iesus. Septem sunt, filia, quae virtutem hanc perficiunt. Primum ut sit primae veritati innixa: ut fides Moy
 si, qui se negavit filium Pharaonis filiae, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis foelicitatis cum peccato habere iucunditatem: maiores diuitias aestimans improperium mei amore susceptum thesauro Aegyptiorum. Aspiciebat enim in remunerationem. Secundo quod sit non sine charitate: ut quam habuit Magdalena cui dimissa sunt peccata
 multa, quoniam dilexit multum. Deinde quod sit fortitudine inuicta sicut fides illius mulieris, cui dixi, O mulier magna est fides tua: quam nec taciturnitas mea deiecit, nec fregit conuictum. Post haec, quod sit fructibus bonorum operum grata sicut fides Cornelij, qui timens Deum cum omni familia sua, faciebat eleemosynas multas plebi, & deprecabatur Deum

Exod. 1.

Luc. 7.

Math. 15.

Act. 10.

propter quod angelica visione præmo-
 nitus, Petrum vocauit, & ab eo lacramen-
 tum baptismatis suscipere promeruit. Itē
 quod usque in finē perseuerans sicut fi-
 des Stephani, Laurētij, & aliorum mar-
 tyrum: Tū quod sit humilis, vt qua gau-
 debat beata virgo genitrix mea: quæ di-
 xit: Ecce ancilla domini fiat mihi secun-
 dum verbum tuum. Vere enim humilis
 erat illius fides, quia illud credidit in se
 fieri debere ad verbum angeli, quod &
 naturæ erat cōtrarium & omnem intel-
 lectum superexcedens: Postremo, quod
 sit obediens, vt fides Abræ, qui Dei vo-
 luntati suam posthabes, vel filium suum
 vnicū, sacrificare non dubitauit. Septem
 ergo hæc, velut pedisequas secū defert fi-
 des, si est formata. An. Est ne fides magni
 meriti atque preciosa? Iesus. Eximia pla-
 ne est: maximumq; meritorū cumulum,
 secum adfert: sine hac nemo ad filiorum
 numerū peruenire potest: quia sine ipsa,
 nec in hoc seculo quisquam iustificatio-
 nis gratiam consequitur, nec in futuro

Acto. 7.

Luc. 1.

Gene. 22.

possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, nõ perueniet ad speciem. Sine fide enim omnis hominis labor vacuus est. Tale quippe est, ut sine formata fide quisquã velit Deo per cõtemptum seculi placere: quale si quisquã tendens ad patriam, in quale scit beate esse victurum, relinquat itineris rectitudinem, & improuidũ seãtetur errorem quo nõ ad beatam ciuitatem perueniat, sed in precipitium cadat: vbi non gaudiũ peruenienti datur: sed cadenti interitus inferatur. Fides enim est virtutum omnium fundamentum: quo sublatõ corruũ omnia necesse est. Per hanc mihi placuit Abel, prẽ fratre suo Cain: Hęc Enoch in Gene. 4. paradisiũ transtulit. Hęc Noe à diluuiõ Gene. 5. seruauit. Per hęc Abraam obediuit in lo Gene. 7. cum exire quem accepturus erat in hæ- Gene. 12. reditatem. Exiit neiciens quo iter, fide demoratus in terrã re promissionis tanquã in aliena, in catulis habitãdo. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex ego ipse sum, & conditor.



Quid tibi de reliquis sanctis dicam? qui
 fide regna debellauerunt, leonibus fero-
 cissimis imperarunt: ignis impetum ex-
 tinxerunt, & multa alia suis viribus su-
 periora patrarunt? Anima. Potens valde
 est virtus hæc, & nimium desideranda.
 Sed quæ sunt, domine, quæ fideles cre-
 dere tenentur? Iesus. Quæ in apostolorum
 simbolo continentur. Anima. Declara
 mihi ea aliquanto diffusius. Iesus. faciam
 libentissime: eoque libentius, quo om-
 nibus fidelibus magis sunt necessaria. At
 ut ordine legitimo de his differamus: pri-
 mus articulus est: Credo in vnum Deum
 patrem omnipotentem creatorem cœ-
 li, & terræ. Anima antiqui hostis fraude
 à Deo separata, dum secuta est seducto-
 rem: innumeris illusionum, deceptio-
 numq; generibus est traducta. Hinc fa-
 ctum est ut pro vero Deo, adoraret lapi-
 des, & ligna nullam vitam habentia.
 Unde recte primus articulus volens ho-
 mines ab idolorum dæmonumq; cultu
 ad veri Dei cognitionem transferre cla-

mat: Credo in vnum Deum patrem omnipotentē creatorē cœli & terræ. Quasi dicat. Quare creditis solem esse Deum vel lunā, aut Martē vel Plutonem? Credite in Deū patrem omnipotentem, vniuersorum creatorē, regemq; cœlorū. Qui enim cuncta, quia voluit, de nihilo fecit, ipse regit quæ fecit. Ideo illi dij nō sunt: quoniam creaturæ sunt hominesq; fuisse mortales, & eorum monumenta, qui eos pro numinibus coluerūt, prodiderunt. Verus autem Deus nequaquā mortalis est, visibilis, aut cōprehensibilis: oculis enim corporis videri nō valet, sed cordis. Munda oculos cordis, & statim aderit tibi Deus tuus tibi. Putas his oculis obtenebratis, & infinitorum peccatorum dæmonūq; culto offuscatis videre, ad quē Seraphin nunquā non clamant: Sēctus, Sāctus, Sāctus, Corimmūdum & multitudine scelerū inquinatū Deū videre nō potest. Crede ergo Deū patrē oīpotentem, creatorē cœli & terræ nō illū quē homines à dæmonibus illi, Deū



Deum putant, simul & adulterantem, & tonantem. Ista est ergo vera, germanaq; primi articuli expositio. Anima. Placet, domine, ac perge ulterius. Iesus. Sequens articulus est: Et in Iesum Christum filiū eius unicum dominum nostrum. Hic articulus de me est: quem ideo credere iubentur fideles: quia quando factum est, præsentibus non fuerunt. Aderant tūc Iudæi, ex quorum gente elegi meos Apostolos, per quos ad vos fides ista pervenit: ipsiq; Iudæis longe ante prædixerat Esaias: Ecce virgo cōcipiet: & pariet filium: & vocabitur nomē eius Emanuel: quod interpretatur nobiscum Deus. Et alio in loco: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: per virgā significans virginem Mariam: & florem filium virginis. Maria erat hæc secunda mea natiuitas. At primam illam, qua de patre nascor æternaliter sine matre, quis enarrabit? Si hæc a nullo homine explicari potest: illam quando attingent, quā nec corda potuerunt comprehendere

Ca. 7.

Ca. 11.

pro

prophetarum? De hac tamen secunda,
 quando de ea est articulus secundus, di-
 camus aliquo. Res digna omni admira-
 tione, vel potius stupore. Quis enim nō
 expauescat, cum audit Deū natum? Sed
 vere temporaliter natus est: vide in ipso
 ortu quot quantaq; hoc comprobant mi-
 racula. Alius tumescit virginis, & virgo
 manet integra: impletur uterus matris,
 sine vlllo patris complexu: Angelus ad
 virginem loquitur: a fide Christus conci-
 pitur. Parit mater: & virgo intacta: naci-
 tur filius sine patre in terra. Qui fecit o-
 mnia, fit inter omnia: baiulatur matris
 manibus rector totius orbis: fugit vbera:
 & regibus alimenta exhibet, regens si-
 dera: tacet, & eloquentibus præbet faci-
 diam: tacet, & nulla non creatura sum-
 narum proclamat creatorem. Pastoribus
 angeli euangelizant: stella magos inuitat.
 Magi Iudeorū regem prædiant. Symeon
 dulciter eum amplexans iubilat: Baptista
 clamat: ecce agnus Dei. Vnde ergo, filia,
 quid hic secundus proponit articulus.

Luc. 2.


Matth. 3.

Et

Et in Iesum Christum filiū eius vnicū
 dominum nostrum. Et eadem ratione
 declaratur tertius: scilicet, Qui cōceptus
 est de Spiritu sancto natus ex Maria vir-
 gine. Quartus articulus est: Passus sub
 Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & se-
 pultus. Hunc articulum nolunt credere
 Iudæi, neq; Gētiles: illi dicunt scandalū:
 hi autem stultitiam. Sed neq; scandalum
 est: neq; stultitia: sed vita æterna est om-
 ni credenti. Scandalum certe fuit homi-
 nem ad imaginem Deique similitudi-
 nem creatum, auerti à creatore suo: stul-
 titia Diabolo potius credere quàm Deo.
 Scandalum angelorum colloquium, cō-
 uersationemq; relinquere: stultitia cum
 demonibus inire fœdus, atq; amicitiam
 consiliare. Quare non hoc scandalū atq;
 stultitia, cum propterea amiserit beatitu-
 dinem & æternam miseriam promeruit?
 At Deum hominem fieri, inter homi-
 nes versari: vt tantę hominis calamitati
 medeatur, non scandalum profecto, sed
 immensa misericordia: mori in cruce, vt
 ab

1. Cor. 1.

ab homine mortem depellat: non stultitia, sed summa clemētia. Potuit quidem hominem absoluerē per suam potētiam, sed voluit sibi satisfieri per suā iustitiam: cumque miser homo non haberet vnde ex æquo Deo satisfaceret: ego ipse pro ingenita mea pietate, atque misericordia, indui corpus mortale, atq; passibile, vt pro eo debitum exoluerem: mallens ipse luere in mea carne omnium debita, quàm hominem perdere, quem ad imaginem, similitudinēque meam creaueram. Quartus ergo articulus est de mea passione, morte, ac sepultura: quæ tantomagis, deuotiusque suscipi, coliq; à fidelibus debent, quanto in his clarius Dei bonitas clementiaq; elucet, sineque his nulla salus existit. Anima. Quàm pulchra deuotaq; expositio? Perge obsecro domine, declarare quintum. Iesus: Quintus articulus est: Descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Hic posset oriri quæstio quis iste descensus meus



meus fuerit ad inferos: Nam diuinitati
 meę cōuenire nō potest. Nō enim delcē
 dit, aut ascendit diuinitas, quæ vbiq̃ue to
 ta est, & nusquam non est. Nec humani
 tati quoque: Nam quæ secundum huma
 nitatem meam feci, vel sum passus ad ho
 minum salutem ordinari, non est dubiū:
 vnde descendere me ad inferos, non vi
 detur fuisse necessarium, cum per passio
 nem meam sufficientissime hominum sa
 luti p̃viderim. Huic dubio filia, hoc mo
 do occurrendum est. Dicendumq; secū
 dum diuinam ordinationē omnino fuis
 se necessariū. Mors enim mea causa vni
 uersalis fuit salutis naturæ humanæ, vi
 uorum atq; mortuorum: causa autē vni
 uersalis per aliquod speciale vnicuique
 effectui particulari applicatur: vnde vt
 passionis meę virtus atq; efficacia per sa
 cramenta applicatur viventibus: ita per
 descēsum meum ad inferos applicata est
 mortuis. Triplex ergo ratio fuit cur ad
 inferos descenderim. Prima nā propter
 peccatum duplici pœna homines cru
 cia

ti abantur nimirum: & mortem subire co-
 gebantur, & in infernum descendere:
 cumq; venissem ut pro eis satisfacerem,
 eisdem poenis me subdendo, quibus tene-
 bantur: quemadmodum iustum fuit me-
 mori, ut eos liberarem à morte: ita & in
 infernum descendere, quo illos à de-
 scensu ad inferos eriperem. Secunda ra-
 tio mei descensus ad inferos fuit, ut victo
 diabolo per meam passionem, victos
 eius eriperem, qui ibi detinebantur. Ter-
 tia, ut quemadmodum potestatem meam
 ostendi in terris, ita etiam eam ostende-
 rem apud inferos, liberando inde patres,
 & in perfectam libertatem collocando.
 Hæc igitur ratio mei descensus ad infe-
 ros: & primæ partis quinti articuli expla-
 natio. Secunda pars eiusdem habet: tertia
 die resurrexit à mortuis. Hoc etiam loco
 quispiam interroget: quæ causa fuerit meæ
 resurrectionis? Cui responderi poterit:
 quòd quinq; rationibus me resurgere o-
 portuit. Primo ad diuinæ iustitiæ com-
 mēdationem: ad quam pertinet exalta-
 re,



re, qui sui gratia se humiliant: quare cum
 pro eius obedientia vsque ad crucis op-
 probrium me humiliassem: iustitia erat
 ut pro præmio tandem gloriose resur-
 gens, incorruptiõis munere donarer. Se-
 cundo ad fidei instructionem atq; con-
 firmationem. Quis enim credidisset me
 filium Dei, si propria virtute me à mor-
 tuis non excitassem? Quis inter meum
 corpus, ceterorumq; hominum vllam fe-
 cisset differentiam, si instar aliorũ in pul-
 uerem fuisset redactum, corruptionique
 fuisset subiectum. Vnde resurgere me o-
 portebar, ne fides ludibrio exponeretur:
 imo infidelium cordibus cõfirmaretur:
 secureq; canerent: Christus resurgẽs ex
 mortuis iam non moritur, & si crucifi-
 xus est ex infirmitate, nunc vivit ex virtu-
 te Dei. Secunda ergo causa meæ resur-
 rectionis fuit fidei confirmatio. Tertio
 ideo resurrexi: ut vos in spem subleua-
 rem resurgendi. Quia si caput vestrum
 resurrexit, vos qui estis membra, haud
 dubie resurgetis. Quarto, mea resurre-

m-ctio fuit necessaria instructioni fidelium
 p-ut quemadmodum resurrexi à mortuis
 t-Dei virtute, ita & ipsi in nouitate spiri-
 r-tus ambularent: quæ sursum sunt, quæ-
 Se-terent: quæ sursum sunt, saperēt, vbi sum
 n-in dextera Dei sedens: non quæ super ter-
 ne-ram. Ultimo conuenit me resurgere, vt
 or-vestræ saluti finem, perfectionemque
 m-imponerem. Nam vt humiliatus sum
 fe-moriens, vt vos liberarem à malis: ita
 ul-glorificatus sum resurgens, vt vos pro-
 ue-mouerem ad bona. Hæc ergo quinque
 o-sunt, quæ me rursus reassumpto corpo-
 r-:re gloriose resurgere compulerunt. Ni-
 r-:mirum commendatio æquitatis diuinæ,
 ex-fidei Christianæ roboratio, spei fideiū
 fi-subleuatio, vitæ vestræ eruditio, & po-
 tu-stremo impletio perfectioque salutis o-
 r-mnium. Anima. Obsecro, dñe, quid cau-
 io-sæ fuit, cur aliquibus tantū manifestata fue-
 a-rit resurrectio tua, cū omnibus potius de-
 m-buisse manifestari videatur? Nā quæ ad-
 ad-modū passio tua ordinatur ad nostrā sa-
 e-lutē, ita & resurrectio: sed illud quod ad cō-
 o-menem



mūnem vtilitatem pertinet nemini ocul
 tandum videtur. Iesus. Audi nunc, filia:
 & esto attēta. Eorum, quę cognoscūtur,
 quędam cognoscuntur communi lege
 naturæ: quędam speciali munere gratię:
 vt sunt ea, quę diuinitus reuelātur. Quo-
 rum quidem hæc lex: vt à Deo reuelen-
 tur superioribus, per quos ad inferiores
 deriuentur: sicut manifestum est in cœ-
 lestium spirituum ordinatione. Ea autē
 quę ad futuram gloriam pertinēt, com-
 munem excedunt hominum cognitio-
 nem: vnde huiusmodi nisi diuinitus reue-
 lentur, ab hominibus cognosci non pos-
 sunt. Cum resurrectio mea gloriosa fue-
 rit, communionēq; naturę legem exces-
 serit: nō omni populo manifestāda erat,
 sed quibusdam, quorum testimonio, in
 aliorum notitiā deueniret. Anima. Su-
 pramodum hæc animo meo arridēt. Sed
 quęso domine, resurrectio tua est ne cau-
 sa resurrectionis corporum. Iesus. Pro-
 fus est. Anima. Hoc velim mihi declares.
 Iesus. Illud quod est primum in quolibet
 genere

cul genere, cā est omnium, quæ post sequun-
 lia: tur. Primum autem in genere resurre-
 ur, ctionis fuit resurrectio mea, & ideo re-
 ge surrectionem meam causam esse resurre-
 ctionis omnium est necessarium. Nam
 o- principium humanæ viuificationis est ver-
 n- bum Dei. Habet autem hoc naturalis or-
 es do rerum diuinitus institutus, vt vnde-
 e- queq; causa, in id quod sibi propinquius
 tē est operetur primo, & per illud in alia
 n- magis remota: vt ignis primum agit in
 o- aerem sibi propinquū, per quē deinceps
 ue calefacit & corpora magis remota: vnde
 f- & Dei verbum corpori sibi naturaliter
 e- vnito vitam immortalem tribuit primo,
 f- & per ipsum resurrectionem in omni-
 at, bus alijs operatur. Resurrectio ergo mea
 in causa est resurrectionis omnium. Et hæc
 u- ad quinti articuli explanationem suffi-
 d- ciant. Anima. Pulcherrima hæc sunt om-
 u- nia. Reliquos quoq; articulos nobis ex-
 r- plana. Iesus. Sextus articulus habet: Ascē-
 s. dit ad cœlos: sedet ad dexteram Dei pa-
 er tris omnipotentis. Nunc filia, si quid du-
 e



bij habes circa hunc articulum, depro-
 me. Anima. In primis hoc velim mihi ex-
 pedias: quid esse fuerit cur ascenderis in
 cœlum? Omne enim quod mouetur suę
 vtilitatis gratia moueri non est dubium.
 Tibi autem non fuit melius esse in cœlo
 quàm in terra. Neque enim propter hoc
 aut corpori tuo aliquid accreuit, aut ani-
 mæ. Iesus. Locus debet esse proportiona-
 tus rei locatæ. Post resurrectionem meã
 factus sum incorruptibilis: sed locus in
 quo habitant homines, est locus corru-
 ptionis: locus autem cœlestis à corru-
 ptione alienus: vnde post meam resur-
 rectionem illuc ascender: dũ erat: & non
 in terris manendum. Anima. Adhuc cir-
 ca hoc aliquid mihi hæret in pectore.
 Nunquid non humanam naturam ad sa-
 lutem nostram assumpsisti? Iesus. Certe
 assumpsi. Anima. An non ergo vtilius
 fuisset fidelibus apud eos mansisse: & nõ
 per ascensionem tuam in cœlum eos de-
 feruisse. Iesus. Quamuis præsentia meam
 corporalem meis subtraxerim, non reli-


qui tamē eos orphanos. Vbiq; enim sum
 per meam diuinitatē. Hoc enim est quod
 dicebam eis antequam discederem: Ego
 vobiscum sum vsq; ad consummationē
 seculi. Imo vtilior vobis fuit meus ascen-
 sus, quā si apud vos mansissem. Vultis
 enim erat fidei vestræ, per eum enim cre-
 uit plurimū. Est enim de non visis fides.
 Spem etiam vestram non parum erexit.
 Cum enim humanā naturā in cœlis col-
 locauit: dedi vobis quoq; spem illuc per-
 ueniēdi. Quoniā vbi fuerit corpus, illuc
 congregabuntur & aquilę. Multū etiam
 profuit ardori charitatis, cœlestiumque
 desiderio. Nam vbi est thesaurus tuus, ibi
 erit & cor tuū. Et nisi in cœlum ascēdis-
 sem, paracletus qui amor est. non venis-
 set ad vos: vnde dicebā discipulis meis:
 expedit vobis vt ego vadā: si enim abie-
 ro mittā spiritū meum ad vos. Itaq; filia,
 & si à vobis discessi corpore, virtute tñ
 diuinitatis, semper apud vos maneo: illu-
 minās sensus vestros, cōfortās atq; inflā-
 mans, absentiaq; mea corporalis prorsus

Mat. 28.

Luc. 17.

Mat. 6.

Ioan. 16.



necessaria fuit vobis. Anima. Placet. Ie-
 sus. Sed satis est hactenus de prima par-
 te sexti articuli: nempe ascendit in cœlū.
 Nunc reliquum est vt alteram partem
 expediam: nimirum: sedet ad dexteram
 patris. Anima. Obsecro, domine, vt id fa-
 cias. Nam aliqua sunt, quæ me circa hoc
 tenent sollicitam. Non enim intelligo,
 quid sibi velit, sedere te ad dexteram pa-
 tris. Nam, dextera & sinistra differentiæ
 sunt positionum corporalium, sed nihil
 corporale conuenit Deo, quia Deus spi-
 ritus est. Præterea si aliquis sedet ad dex-
 teram alicuius, ille sedet ad sinistrā eius:
 si ergo tu sedes ad patris dexteram: ille
 sedebit ad tuam sinistram: quod certe di-
 ci non potest. Iesus. Ausculta nunc filia:
 in cœlestibus neque dextera est, neq; si-
 nistra: sed sessionis nomine duo intelligi
 possunt: nempe quies quædam, atq; per-
 petuitas: & regia, iudiciariaque potestas:
 vtroq; ergo modo mihi conuenit sede-
 re ad patris dexteram. Altero quidē eo
 quod summa cum quiete incorruptibi-
 litatis

litatis, perpetuitatisq; munere in patris, eo q̄ in beatitudine gaudeā: quæ eius est dextera. Altero quoniā vna cū patre regnum obtineo: & ab eo iudiciariam habeo potestatem. Aut etiam; dicor sedere ad dexteram patris, quia gloriam, & honorem diuinitatis habeo: sicut & pater, velut patri æqualis. Itaque per dexteram tria intelligi possunt: quippe, honor & gloria diuinitatis: beatitudo patris: & potestas iudiciaria. Sedere autem ad dexteram patris est ei cōregnare, & ista ab eo habere. Et hæc quoque sufficiant de hac parte articuli. Anima. Quàm elegās declaratio? Quàm dilucide, nunc intelligo quod hæctenus mihi a deo fuerat obscurum. At perge obsecro. Iesus. Septimus articulus habet: Inde vēturus est iudicare viuos & mortuos. Hoc multo ante prophetæ Spiritu sancto afflati sunt præloquuti. Vnde quidam illorum dicebat: Deus manifeste veniet. Quid est Deus manifeste veniet? Hoc nimirū: qui prius venit occultus, tū veniet manifestus: qui



prius sustinuit iudicium, tunc veniet in-
 ferre malis supplicium: qui stetit ante ho-
 minē, iudicabit vniuersum orbē. Quo-
 modo iudicabit? Nūquid exgret testes,
 aut aduocabit tortores, vt cōuincat: inue-
 niatq; veritatē? Minime gētiū. Sed sede-
 bit ipsa iustitia iudicās, cui aperta, nudaq;
 sunt omnia: & testis sibi erit ipsa mala
 conscientia. Ille iudex nec gratia præue-
 nitur: nec misericordia flectitur: nec pe-
 cunia corrūpitur: nec satisfactione miti-
 gatur. Hic anima det operā, vt ibi iudicē
 inueniat placatū. Nam hic locus est ope-
 ris: ibi retributionis: nunc est dies salutis:
 tempusque acceptabile: tunc dies iræ, &
 tribulationis ingentis: hic est locus mise-
 ricordia, ibi solius iustitiæ. Hic agat ani-
 ma pæniténtiam, vt terribilē iudicis sentē-
 tiā queat euadere. Hic det panem, vt ac-
 cipiat post modum salutē. Hic faciat mi-
 sericordiā, vt inueniat indulgētiam. Ec-
 ce declaratū, filia, septimū articulū. Ani-
 cōpendiose (vt decet) atq; vtiliter. Nūc
 octauū quoq; nobis declara. Ie. Octauus
 est

est: Credo in spiritum sanctum. Spūs san-
 ctus Deus est: Nec tñ pater, & filius, &
 Spiritus sanctus sunt tres dii: sed vnus: q̄a,
 vna est eternitas, vna maiestas, vna pote-
 stas. Pater nō est filius: sed p̄r est filij. Fi-
 lius nō est pater: sed filius est patris. Spūs
 sanctus nec pater est, nec filius: sed spūs
 est patrijs & filij: tres personæ: sed vnus
 Deus. Quomodo inquires tres nominas:
 & vnū dicis? Ostēde hoc aut ratione, aut
 aliq̄ similitudine. Ecce ī igne tria quædā
 cōspicimus: lumē ignis, splendorē, & ca-
 lorē, & cū sint tria vnum lumē est, simul
 exurgunt, simulq; consistunt. Nec ignis
 p̄cedit splēdorem, nec splēdor calorē.
 Et hæc non cōfuse vnū sunt, nec disun-
 cte tria, sed cum vnū sint, tria sunt, simul
 operātur: & cum inseparabiliter operā-
 tur, aliud igni tribuitur, aliud splendori,
 aliud calori. Nā cū ad ignem refers cō-
 bustionem, ibi operatur & splēdor, & ca-
 lor. Et cū ad splēdorē refers illuminatio-
 nē, simul operatur & ignis & calor: cum
 vero ad calorē refers calefactionē, simul

operatur ignis & calor, & splendor. Item cum dicitur quòd Deus fecerit mūdum, intelligitur pater cum filio, & per filium, & cum Spiritu sancto. Et cum dicitur filium pro hominibus passum citra quod Hypostasi sua gestauerit hominē passū: intelligitur passionem filij operatū fuisse & patrem, & filium, & Spiritum sanctū. Et cum remissio peccatorum tribuitur Spiritui sancto, intelligitur totam trinitatem etiam hoc donum inseparabiliter operari. Et hæc quoq; sufficiant de hoc articulo, qui est de fide Spiritu sancti. Credendum enim est esse omnipotentem, infinite sapientem ac bonum: eandemque prorsus essentiam cum patre, ac filio. Anima. Pulchre domine, & hunc articulum declarasti. Obsecro, reliquos etiam explana. Iesus. Nonus est: Credo sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem. Hæc vna est. Vna enim est columba mea, extra quam nulla est salus: olim figurata in Arca Noe, cū omnes qui eam ingressi sunt, salui facti sunt,

sunt, reliqui fluctibus immerfi. Et tunica
 mea inconsutilis indiuisa permanfit: sic
 ecclesia mea integra est, vna, atq; indiui-
 sa. Et hoc credendum est firmiter, hære-
 tici eam diuidunt: & nouis, falsiq; dog-
 matibus eam lacerant: tot ecclesias ita-
 tuentes, quot nouas hæreses inuentant:
 sed vna tantum est ecclesia catholica, &
 sancta: quia vna sola est inoes, vnum ba-
 ptisma, & vna beatitudo. Ecclesia cuius
 ego sum caput, mater est & virgo: corpo-
 re casta: prole fœcunda: pie nutrit filios,
 quos Deo patri dignos assignare contē-
 dit. Hæc igitur credenda est: hæc defen-
 denda ab hæreticorū iniuriis. Hæreses
 oēs de his qui in ea habitauerunt exierunt,
 tanquàm sarmenta inutilia de vite præ-
 cisa: ipsa autem manet in radice sua, in vi-
 te tua, in charitate sua. Portæ inferorum
 non vincunt eam. Nunc sequitur alius ar-
 ticulus decimus, scilicet, Remissionem
 peccatorum. Hoc omnino credendum
 est. Nam qui sine hac fide, ad baptismum
 accedit, ipse contra se ianuam indulgen-
 tiæ



tiæ claudit. Nec propter aliud pater filiū
 misit, & filius mortem suscepit, quàm vt
 animæ eruerentur à sarcinis peccatorū:
 eorumq; remissionem consequerentur.
 Omnia prorsus delicta delet sanctum ba-
 ptisma: & originalia, & propria, dicta &
 facta, cogitata, cognita, incognita, omnia
 dimittuntur. Innouat ibi hominem, qui
 fecit hominē, donat delicta qui ibi non
 querit merita: preuenit gratia etiam ipsā
 infantiam, vt sint liberi per meū sangui-
 nem, qui in Adam à diabolo tenebantur
 ante captiui. Quam faciliter absolui Ma-
 gдалenam, à qua septem eieci dæmonia?
 Quàm placide Matthæum, quem & feci
 apostolum, & euāgelistā? Quàm mise-
 ricorditer latronem pendentem in cru-
 ce? Nonne omnibus peccatoribus deli-
 ctorum veniam promittebam, quando
 eos vocabam ad me dicēs: venite ad me
 omnes qui laboratis & onerati estis, &
 ego vos reficiā? Ergo articulū hunc tan-
 firmiter tenere debent fideles, ac crede-
 re, quanto de eo plura extant testimo-
 nia.

Luc. 7.

Math. 9.

Luc. 23.

Mat. 11.

nia. Anima. Quantum delectant hæc, maxime ex ore tuo, amantissime spōse? Nūc reliquos quoq; expone, vtilissimū enim erit atque iucundissimum. Iesus. Sequitur vndecimus articulus. Nempe, carnis resurrectionem. Quare non credet fidelis futurum in se quod præcessit in suo capite? Caput ecclesiæ ego ium: ipsa ecclesia corpus meū est. Caput surrexit, ascenditque in cœlum. Vbi caput, illic & membra. Resurgent ergo iusti, atque iniusti, boni, ac mali. Et si qui dicant: Quomodo ergo David dicit: Non resurgent impij in iudicio? Psal. 1. Dictum est quippe: non resurgent, vt iudicentur: quia per infidelitatem olim iam damnati sunt. Hoc enim est quod dicebam: qui non credit, iam iudicatus est. Et quo facilius fideles hunc articulum suscipiant ad semen conijciant oculos. Quid autem fiat in semine, nemo est qui ignoret: quomodo granum seminatur, obruitur atque corrumpitur: & post in eadem specie resurgit: eandemque induit



duit pulchritudinē atq; virtutem. Quis
 hoc insanum non crederet, nisi ipsa ex-
 perientia teste omnibus esset manifestū?
 Antequam adueniat pluuia iacet mor-
 tuum, putrefactum atq; corruptū, adue-
 niente autem imbre delectat respicere
 herbam virentem, calamum surgentem,
 ad nodos peruenientem, spicas proferē-
 tem. Delectat ne videre quod mortuum
 iacebat, sic reuixisse? Sed non sibi adscri-
 bat terra fertilitatem, quoniam dominus
 dat suauitatem. Si enim pluuia nō descē-
 disse, etiam terra bona nō spicas, sed spi-
 nas protulisset, quæ igni traduntur: non
 quæ in horrea condantur. Sic etiam ter-
 ra vestra: Nimirum caro vestra non sibi
 assignet merita: sed de sursum agnoscat
 gratiam. Seminatur ergo nunc in corru-
 ptione: resurget in incorruptione: semi-
 natur in infirmitate, surget in virtute: se-
 minatur in contumelia, surget in gloria:
 seminatur corpus animale, surget cor-
 pus spirituale. Hoc est quod omnes fide-
 les credere debent, de hoc inter se confa-
 bula

2. Cor. 15.

bulari ac perpetuo tenere ante oculos.
 Restat nunc vltimus articulus. Anima.
 Restat domine. Et hunc obsecro mihi
 declara. Nam reliquos optime nunc in-
 telligo. Iesus. Duodecimus qui & vlti-
 mus, est: Credo in vitam æternam. Hoc
 credens quid ei cum vita hac fragili, atq;
 caduca? Quid cum honoribus, carnisq;
 blandimentis? Nonne spernet opes? Vi-
 lipendet imperium? Præsensq; seculum
 despiciet. Et si queratur, quæ sint in illa
 vita æterna? Facilius intelligitur per id
 quod ibi non est, quàm per id quod ibi
 est. Non est ibi hostis qui vulneret: nec
 tristitia quæ molestet: non stimulus qui
 vexet: nec inuidia quæ rodar: non fames
 que necet, nec æstus qui exurat: nulla ibi
 molestia, nulla turbatio: nulla fragilitas
 aut indigétia. Ecce audisti, qd ibi non fit.
 Vis nūc, filia, audire, quid ibi fit? Hoc nec
 oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor
 hominis ascendit, quæ præparauit Deus
 diligentibus se. Si in cor hominis non a-
 scendit, cor hominis illuc ascendat: mū-
 derus

detur cor ab omni immundicia, vt pos- in
 sit videre Deum: qui est vera, tempiter- fa
 naq; vita. Credere ergo in vitam æternã ti
 est vltimus articulus: quia hoc est vltimũ ct
 hominis, & totius humane naturæ finis. al
 Habes nunc filia, omnes symboli articu-
 los explicatos: & quid sit fides: reliquaq;
 quæ circa eam oriri dubia possunt expe-
 dita: cœlum iã me reuocat: iam fatis tibi
 indulgi mei copiam. Tu ea tecum rumi-
 na: in his te oblectare: alijsq; ea prædica,
 breui iterum reuertar ad te, sublimiora,
 secretioraq; tibi reuelabo mysteria. Ani
 ma. Quantum illuminationibus tuis san- re
 ctissimis, atque colloquijs iucundissimis v
 delectasti domine, ancillam tuam? q
 Multa erant circa fidem, quæ intelligentiam lu
 meam prorsus fugiebant, nunc postquã n
 tu domine, docuisti ancillam tuam, om- a
 nes sapientiæ, scientiæque venas videor lu
 mihi videre apertas. Nunc quæso, domi d
 ne, quemadmodũ hæctenus fidei secreta T
 ancillæ tuæ pandisti: sic nunc etiam de c
 spe aliquid differere. Iesus. Tam dixi, filia, n
 in

in cœlum mihi esse reuertendum, diu
 fatis apud te moratum: patris volunta-
 ti obsequendum est. Tu interim retra-
 cta quę de fide differuimus: de spe quoq;
 alio tractaturi congressu.

Anima laudat sponsum: & iterum
 reuocat, vt de spe quoque
 eam doceat.

Sponsus discessit, non libet vi-
 uere. O quàm vere dixisti, spon-
 se dilectissime: Ego sum resur-
 rectio & vita. Certe iacent mortui, qui
 vinculis amoris tibi nō adstringuntur: Et
 qui tibi adhærent viuent in eternum. Tu
 lumen, splendorq; patris: quos tu illumi-
 nas, sicut astra resplendent: ignorant te-
 nebras: noctem nesciunt. Quàm dulce est,
 atq; vitale tecū miscere sermones? Quam sa-
 lutiferū à te doceri sapientiā? Sed & quàm
 delectabile, atq; iucūdū videre faciē tuā
 supra astra splendentē? Quid iā sine te fa-
 ciā: aut cogitē? Dixisti (si nō me fallit me-
 moria mea, discedens ab apostolis tuis)

Non



Non relinquam vos orphanos: vado & venio ad vos. Proximo quoq; congressu promifisti ancillę tuę, te breui reuerfurum: in hoc ergo verbo respirabo. At quid ago inepta, præterit tempus & adhuc maneo ociofa? Cur non ad codices sacros me confero: aut meditationi alicui sacrę intendo? Experiri nunc volo, si aliquid de spe possem apud sanctos inuenire doctores. Ecce iterum Augustinus: ecce Gregorius: en multi alij. Quam pulchra sunt hæc, quę Augustinus refert? Sed non minus salutifera, quę Gregorius. Quantum opto sponsum ad esse, qui hæc adamussim mihi declaret. Veni sponse mi, iterum visita ancillam tuam secundum verbum tuum. Te enim absente, omnia mihi difficilia, obscura, atq; tenebrosa videntur. Reuerte ergo de sede glorię tuę: & angustias paupertatis ancillę tuę non dedignare: illustra faciem meã splendore Luminis tui, & quemadmodum promifisti, de spe etiam aliquid mihi edificare.

& Dialogus sextus, Iesus docet animā pulcherrimā quædam, atq; vtilissima de spe.

I E S U S.

A N I M A.

Iesus. Tempus est vt reuertar ad sponsam meam. Iam dudū enim pulsat cœlum præcibus: & aduēdum meum supramodum desiderat. Anima. Vocem spōsi mei audio. Bone Deus quantum gaudiorum vel sola vox eius mihi iniicit, salue spōse dilectissime. Felix aduētus tuus plurimum desideratus. Iesus. Lachrymas tuas vidi: crebrosque gemitus præ mei desiderio: veni ergo vt tuo satisfaciam voto. Desideras enim quemadmodum hætenus de fide te docui, nunc de spe quoq; tibi aliquid tradā. Anima. Pulcherrime sponse, hoc ipsum est quod cupio. Iesus. Quid ergo circa hanc habes dubij? Anima. Primum mihi dicas, quid sit spes. Iesus. Spes est virtus theologica ex gratia & meritis procedens. Ani. Quomodo bone Iesu ex meritis? Nā spes est virtus infusa: Quomo-

H do

do ergo procedit ex meritis? Iesus. Spes ex meritis procedere dicitur, quantum ad rem expectatam, prout quispiam ex gratia, & meritis beatitudinem se adepturum sperat: aut quantum ad actum spei formatam. Nemo enim recte sperat, nisi aliquo merito fulciatur. Ani. Pulchre. At quaeso, domine, quare spes dicitur virtus? Ies. Virtus est quae bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. In omnibus autem quae regulam aliquam, mensuramque sequuntur, bonum attenditur, si propriam regulam mensuramque attingunt: sicut vestem dicimus bonam, quae nec excedit nec deficit a debita mensura. Humanorum autem actuum duplex est mensura. Altera quidem proxima, quippe ratio. Altera autem suprema, atque excedens: nimirum Deus: ideoque omnis actus humanus ad rationem attingens, vel ad ipsum Deum est bonus. Actus autem spei attingit Deum. Ergo bonus. Si bonus, non dubium quin possessorem suum bonum faciat: ideoque iure, virtutis nomen sibi vendicet. Ani. Obsecro, domine, dic mihi nunc:

quotuplex est spes? Ies. Triplex. Nam a-
 lia est mala: alia fallax: & alia bona. Ani.
 Et quænam est spes mala. Ies. Hæc est fi-
 lia, quando quis de Dei misericordia ita
 præsumit, aut tã faciliter eã sibi promittit,
 vt super misericordia diuina peccet. Pro-
 mittit enim sibi lōga tēpora: & aliquãdo
 se acturū pœnitentiã, gratiam Dei mox
 impetraturū: emēdaturūq; omnia ante
 mortē: cū in Dei manu sint hæc omnia.
 Nisi enim Deus ad pœnitentiã eū induxe-
 rit: eiq; cōtritionē infuderit: præstiteritq;
 emendādi voluntatem: frustra de his sibi
 blāditur. Hæc est spes mala, quoniã fere
 semper deludit: ac decidit. Existimauit
 enim hō se diutissiē victurū, & iusto Dei
 iudicio, subito sublatuſ est è medio. Pro-
 misit sibi multã Dei clemētiã, & inspera-
 to exptus est suã iustitiã. Oēs fere qui tali-
 bus præstigijs illudūtur, videas mori im-
 paratos, inuitos, tristes: aliqñ etiã amētes
 & mutos. Luūt enim suę stultitię pœnas.
 Quid enim tã stultū q̄ male viuere, & bo-
 nū finē expectare? Secūda spes est, quã




Hier. 17.

quis ponit in creatura, vel naturæ dono
 aut alia quapiam gratia gratis data. Hæc
 vere fraudulenta est, & mēdax. Maledi-
 ctus enim qui ponit carnem brachium
 suum. Cui cōfidit, qui homini innititur?
 Nōne vanitati, & qui sibi ipsi auxilio esse
 non potest? De quo nescis an crastina lumi-
 ce futurus sit. Gloriarī autem, vel habere
 fiduciam in naturæ dono, aut gratia ali-
 qua desuper gratis data, nōne æque stul-
 tum? Non enim hæc iustificānt hominē:
 vel beatum faciunt: nec etiam liberabūt
 in die mala. Alia ergo spes est sancta, qua
 omnis alia fiducia abijcitur, vt in Deo so-
 lo confidatur. Beati enim qui confidunt
 in eo. Nemo enim ei formata spe fidens
 vnquā derelictus est. Anima. Utilissi-
 ma sunt hæc omnia, atq; saluberrima: sed
 quot sunt, quæ fideles à Deo sperare de-
 ben? Iesus. Quatuor. Anima. Quæ sunt
 illa? Iesus. Primum corporis, viteque ne-
 cessaria. Sic enim hortatus est olim per
 prophetam: iacta cogitatum tuum in do-
 minum, & ipse te enutriet. Hanc autem
 fiducia

Psal. 54.

no fiduciam primo efficiet, si in Deo pater-
 læ nam considerent conditionem. Ad pa-
 di trem enim pertinet providere filiis suis.
 um Secundo si solitam eius benignitatē. Sā-
 ur? ctis enim suis, fidelibusq; seruis in omni
 esse eorum indigentia, necessaria semper ad-
 a lu ministravit. Nam per coruum pavit He- 1. Rom. 17.
 ere liā: Filiis quoque Israel deficiente farina, 2. Exod. 16.
 li- quā secū sumpserāt ex Aegypto, præ-
 a l- buit manna. Dannieli in medio Leonū, Dan. 14.
 ē: prouidit per Abacuc. Tertio si liberalis-
 ūt simam eius dispensationem, qua homi-
 ua nes simul, & iumenta pascit: cæteraque
 fo omnia incredibili quadam benignitate
 nt conseruat. Respicite namq; volatilia cœ-
 ns li, quoniam non serunt, neq; metūt, neq;
 i- congregant in horrea, & tamen pascun-
 d- tur à cœlesti patre. Secundum quod fi-
 - deles quiq; à se sperare debēt, est venia
 r peccatorum. Ad quod etiam inuitat, ro-
 b- boratq; si pensent ingenitā meam boni-
 o- ratē, atq; misericordiam. Prorior enim
 n- sum ad ignoscendum, quā homines ad
 petendum veniam. Ad hoc enim veni in



Ioan. 16.

mundum, vt mundus saluetur: affixusq; sum cruci, vt peccatores scelerum suorum indulgentiam consequantur. Tertium sperandum est, Dei auxilio ab omnibus eripi tentationibus. Augeri autem & crescere debet huiusmodi confidentia. Primo ex hostium depressione: quoniã ego vici mundum. In me ergo confidite & vincetis. Mea victoria vestra est: mea virtus vestra est: & mea innocentia vestra quoq; est. Secũdo ex vestra protectione. Ego enim protector vester sum, qui oēs potestates aduersarias momento tēporis in nihilũ possum redigere: Si ego ergo p vobis, & in vobis p̄lior, quẽ formidare poteritis? Nõne adiuui olim Israelem: & in manu forti de inimicorũ potestate eripui? Nõne semper David sum auxiliatus & ita vbiq; hostibus superior fuit? Quis p̄liatus est pro Iosue? Quis p̄ Gedeone? Quis pro Sãp̄sone? Nõne ego? Ergo hoc etiã valde debet roborare fiduciã vestrã in tērationibus, q̄ nō vos estis q̄ solũ p̄liamini, sed ego pro vobis. Tertio au

geri

usq; gēri hęc cōfidētia debet ex bonitate Dei,
 qui nō patietur vos tentari supra vestrā
 virtutē. Quis prudens pater qui varijs la-
 boribus, & crebris virtutū exercitijs non
 exerceat filios? Sed nemo certe nimio
 pondere, nimioq; labore agrauabit eos.
 Hoc enim esset perdere & nō exercere.
 & Quanto magis pater vester cœlestis, cu-
 ius natura bonitas: cuius voluntas mise-
 ricordia: cuius omnis cura vester, profe-
 ctus, nō tollerabit tētationes vestras cre-
 scere supra vires vestras, sed metū illis,
 terminūq; pręscribet, vltra quē progredi
 nō licebit augebitq; cū eis coronas, meri-
 taq; vestra. Quartū, vltimūq; quod spe-
 rari debet à Deo, est clara essentię suę vi-
 sio, in qua tota hominis beatitudo confi-
 stit. Hęc quoq; spes ex multis principijs
 oritur, atq; corroboratur. Prima radix est
 cōuentio, siue pmissio diuina, quę falle-
 re nequaquā pōt. Cœlū enim & terra trāsi-
 bunt: verba autē mea nunquā. Iuueni quip-
 pe interroganti me quid faceret, vt re-
 gnū sibi eternū pararet. Respondi, serua



Mat. 20.

mandata. Item hoc ipsum figuraui in parabola, quando conuentione ex denario diurno facta, misi operarios in vineam meam.

Luc. 22.

Et ad apostolos meos dixi: Vos, qui permanistis mecum in tētationibus meis, sedebitis mecum in regno meo super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Hebr. 10.

Secūdo fulcitur, auge- turq; hęc spes, ex redemptione vestra: hoc est ex mea passione. Habetis enim fiduciam in introitu sanctorum in meo sanguine. Quę enim alia fiducia vestra, aut quę spes, quęue cōsolatio, quām in sanguine meo? Qui melius, efficaciusq; pro vobis interpellat ad patrem, quām sanguis Abel. Tertio hęc spes sumit ro- bur, ex oratione vestra. Hoc enim est

Mat. 23.

quod p̄missi cōuersans inter vos: quod- cunq; petierint homines super terram, credant quod accipient, & dabitur eis. Itē petite, & dabitur vobis: quęrite & inue- nietis: pulsate & aperietur vobis: omnis enim qui inuocauerit nomen domini sal- uus erit. Hęc spes certissima est certiorq;

Matt. 7.

Rom. 10.

omni

pa- omni spe humana. Etenim nō nunquam
 rio agricola cum sementem fecit, cum agrū
 am coluit, cum iam segetem increfcere vi-
 ds, dit, spe tandem, & retributione laborum
 us excidit, quia vel grando, vel eruce, vel lo-
 t- cufæ, vel alia quædam talia acciderunt,
 & post multos labores vacuis manibus
 domū regreditur. Mercator quoq; post
 longam nauigationem afferens oneratā
 nauim, sæpe in ipfo portus hostio irruen-
 tibus vētis, impingit in scopulum, & vix
 nudo corpore faluato egreditur. Et in
 summa in fecularibus negotijs omnibus,
 sæpe sub finem huiusmodi calamitates
 eueniunt. Nō fic in negotijs cœlestibus:
 fed necesse omnino est, vt qui certauerit
 & pietatem seminauerit, multosq; labo-
 res passus fuerit, finē ipsum assequatur.
 Neq; aeris intemperie, neq; ventorum
 tempestate, laborum mercedes subuertī
 finit Deus: sed repositæ sunt in cœlesti-
 bus, & inde prædabilibus thesauris. Hæc
 ergo quatuor sunt, quæ fidelis quisq; in-
 dubitato, animoque inconcusso à Deo
 spe




sperare debet. Nimirum corporis necessitate
 laria, veniam peccatorum, ereptionem cum
 à tétationibus, & claram Dei visionem
 Anima. Dicit non potest quàm hæc me
 ti meæ satisfaciant. Restat, domine, vt de
 huius virtutis efficacia, atque opulentia
 etiam mihi nunc aliquid edifferas. Iesus
 Hæc ditissima est virtus, plena iucundi-
 tate, & gaudio, animum pascuis vberri-
 mis replens, & diuino prorsus splendore
 clarificans. Hactenus timores nocturni
 te cruciabāt, peccata tua aspectum meū
 horrebant, inter tenebras ambulabas, &
 diri tartari supplicia te vehementer con-
 cutiebant. Nunc vero cum spei iucundi-
 tate mentem tuam repleui: ecce tene-
 bræ omnes aufugerunt, nec terror vllus
 te occupat: quin admirabili gaudio tota
 redundas, luctumque tuum letitia exce-
 pit. Ceciderat corona capitis tui, quia
 peccaueras: nunc vero eam tibi restitui,
 cum augmento gratiarum, & forma
 spectabili: iam secure ambulas, quoniam
 in me posuisti refugium tuum: nam sum

Thren. 5.

pro-

neces protector omnium sperantium in me:
 onem cum veritate quoque contubernium
 nem iniisti: qui enim mihi adhærent: & di-
 mē cunt: tu domine, spes mea à iuuentu-
 vt de te mea, non eos munusculis tempora- P^{sal.} 17.
 ntialibus dabo (quæ vt sunt modici tem- P^{sal.} 70.
 efus, poris, ita & parui valoris) sed verita-
 ndi- tis æternæ bonis clarifico, eorumque
 rri- mentes iucundissimo prorsus, ac diui-
 ore no lumine repleo, spiritualibus, atque
 rni angelorum epulis opulentissimis re-
 eū creo. Ego filia sum via, veritas, & vi-
 & ta: qui sequitur me non ambulat in te-
 on nebris: sed videbit lumen vitæ, quia
 li- verba salutis æternæ habeo, quibus meos
 e- inter vitæ huius præsentis calamitates, I^{oan.} 4.
 us atque miserias, ne desperent erigo, re- I^{oan.} 8.
 ra- creo, atque lætifico: verba enim mea
 e- spei, fiduciaque plena sunt, quæ aspe-
 a ra, lenia: dura, mollia: amara dulcia
 reddunt. Quid vero in certamine po- I^{oan.} 6.
 fitos lætificat, filia? Nunquid non spes
 coronæ? Quid thesaurorum efflores
 diu



diuturnis fatigationibus pene cōfectos
 redintegrat? Nunquid non voti conſe-
 quendi fiducia? Poſtremo operum va-
 riorum artifices, dominorumq; crude-
 lium ſervos, inter tot labores, inediaſ, fri-
 gora, atq; conuitia, quid recreat? Niſi q̄
 te aliquando remunerandos expectant?
 Spē non immerito, apoſtolus meus Pau-
 lus animę anchoram appellat: quippe ne
 à tentationū procellis opprimatur, eam
 ſeruat illeſam. Quid, filia, te docuit to-
 ties ad me clamare. In te, domine, ſpera-
 ui, non confundar in ęternum? Rurſum,
 diligam te, domine, fortitudo mea: Do-
 minus firmamentum meū, & refugium
 meum, & liberator meus: In te eripiar à
 rétatione, & in Deo meo trāſgrediar mu-
 rū: niſi quòd diuitias bonitatis meę per-
 ſenſiſti? Et quòd nullum ad me pio, pu-
 roq; affectu venientem repello, experi-
 mento cognouiſti? Quid eſt aliud ſpes
 in hac vita, filia, niſi vigilia quędam ſo-
 lēnitatis ęternę? Non ieiunat: ſed quaſi
 conuiuium iuge celebrat, cum mentem

Pſal. 30. &
 70.
 Pſal. 17.

Pſal. 17.

Et os quam replet, cœlestibus impinguat: lapides quoq; in panes suavissimos conuertit: quādo etiam inter dolores, atq; aduersa gaudere facit. Si prælium exurgat, si malignus sæuiat, si fremat inuidia, si caro aduersus spiritum cōcupiscat, semper canit: In te domine speraui: non confundar in æternum. Innocētem temporalis fœlicitas deserit sæpe: sed bona spes nūquā. Gemma speciosissima, & gratissima spes est, per quam sicut per gemmā perlucidam, & peruiam: bona videntur æterna. Nunquid ergo exigua hæc sunt munera? Anima. Sine numero sunt beneficia tua, domine. Et quis pro eis tibi dignas agere gratias queat? Quoties mentem meam mœrore confectam, tēratorum tenebris obnubilatam, ariditate, & tædio infestissimo repletam, repēte noua quadam spe, ac lumine corusco lætificasti? Quoties iam prope desperantem, subita quadam de bonitate tua fiducia cōcepta, velut manu dextera tua erexisti? Quoties mihi inter aduersa, tūc die;

Psal. 30.

hujus



Pfal. 26.

huius rēpestuosi procellas versanti, ver-
 sum illum occinisti: viriliter age, filia: &
 contorretur cor tuum: & sustine domi-
 num: Et mox incogitatis prorsus, ac di-
 uinis gaudijs mentem meam replesti? O
 quam dulcis est spes tua, dulcis Iesu, quæ
 dulcissimis delectationū tuarum cōsola-
 tionibus corda tuorū letificat, bonis æ-
 ternis inebriat, hominē colligit in se, &
 rapit supra se, nec quiescere finit, donec
 perueniat ad te? Quoties eā sentiebam
 in præcordijs meis, dulcissime Iesu, (cer-
 tum indicium præsentiaē tuę) toties vel
 lachrymans, vel ineffabili gaudio reple-
 ta canebam: Magnificet anima mea do-
 minum: Et exulter spiritus meus in Deo
 salutari meo: Quēadmodum desiderat
 ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat
 anima mea ad te Deus. Tunc gaudium,
 & iubilus, delectatio, & lætitia, in corde
 meo, & dicebā: venite, & videte, & nar-
 rabo quāta fecit mihi dominus: cor meū
 & caro mea exultauerūt in Deum viuū.
 Iesus. Ne quid nimis, filia. In prosperis
 enim

Luc. 1.

Pfal. 41.

Pfal. 83.

Verum nimis moderata lætitia mihi placet: ni-
 lia: & Vanitas autem, vanitati proxima est. Num
 meministi dicti illius: In die bonorum
 memor esto malorū: & in die malorum,
 memor esto bonorum? Huiusmodi er-
 go iubilos, quando contigerint, intra
 stola moderationis metas cohibeas, & graui-
 s ætatis moderamine temperes, ne quod
 & tibi ad profectum, meritorumque cu-
 nec mulum esse deberet, tu imprudentia tua
 am vertas ad culpam. Hæc est stola illa pri-
 er ma, qua omnes meos post eorum ad me
 el conuersionem induo, preciosa quidem,
 e- atque desiderabilis, vbique gemmis pre-
 o- ciosissimis ornata: & diuinis splendori-
 bus corusca. Sed quid tam diu me hic a-
 pud te detinuit? Nunquid non & alias
 habeo sponfas, quæ meo iam diu lan-
 guent desiderio? Dimitte ergo me,
 vt & illis mei faciam copiam: tu inter-
 ea accingere fortitudine, indueq; men-
 tem virtutibus: sanctisq; exercitijs quo-
 tidie magis stude proficere. Anima. Nū-
 quid te absente, sponse dulcissime, vel
 li-



libebit viuere? Obsecro adhuc paululū
cōfabulemur simul, & de charitate quo-
que aliqua nunc mihi ediffere. Nam &
de hac etiam te doceri desidero pluri-
mum. Iesus. Nō sis mihi importuna: alia
enim etiam (vt dixi) mihi visendæ sunt
sponsæ: tu interim age fortiter, post bi-
duum rursus hic adero tecum, & hoc
quod desideras tibi explebo.

Dialogus septimus, Anima plorat abscessum spōsi,
ad cuius lachrymas adest sponsus. Et cum ea
ea de charitate varia disputat.

A N I M A.

I E S V S.

Anima. Deum immortalē quā
videtur mihi cœlum nubilum,
& omnia tristitiam quandā præ
seferentia, vbi sponsus abscessit? Erat mi
hi tum mens iucūda, vita alacris, corpus
leue, & nihil non lætitiā quandam pla
ne cœlestem mihi adportantia: nunc
mens tenebrosa, vita languida, corpus
graue, & anima iniucunda: & si quid re-
leuat,

leuat, certe non aliud quā odor quidam
 plane vitalis, quē reliquit spōsus, & spes
 iterum eius fruēdi amplexibus. Conferā
 tamen me ad sacros codices, & videbo
 quid illi de charitate loquūtur, colligāq;
 dubia: vt quando spōsus aduenerit, ea in
 promptu habeam. Pulchre certe Grego-
 rius, Pulcherrime quoque Augustinus.
 Vah quot mihi hic suboriuntur dubia?
 Quām vellem sponsus adforet, qui iux-
 ta suum promissum ea mihi dissolueret.
 Quid sibi vult hoc, quod sensi in visce-
 ribus meis, nouum aduenisse gaudium.
 Indiciū certum hoc est aduentus spō-
 si, vado ad reclinatorium, vt decentius,
 maioriq; cum reuerentia, ibi eum exci-
 piam. Iesus. Nunquid eorum qui me di-
 ligunt: totoq; quærunt animo: obliuisci
 queā? Dixi apostolis meis: ego vobiscū
 sum vsque ad consummationē seculi, &
 sic erit: hoc q; ipsum experientia scient,
 quicumq; fidem habuerint mandataque
 seruauerint. Anima. Et quis tam dulcem
 amatorem omnino nō diligat, quis non



Psal. 36.

Ioan. 1.

Apocha 1.

Ioan. 1.

querat, quis non amplexetur? Nunquid
 aliud te est amabilius, dulcius, siue vti-
 lius? Absit vt alium diligam præter te
 dulcissime sponse. Tu enim es fons vite:
 & in lumine tuo videbimus lumen. Per
 te omnia facta sunt, & sine te factum est
 nihil. Iesus. Nunc bene iudicasti, filia.
 Nam ego sum alpha & o: principium, &
 finis. Ex nihilo creavi omnia: & in nihi-
 lum cuncta redigi sine me, est necesse: de
 plenitudine mea, vniuersa accipiunt, &
 nemo vere dicere potest, hoc habeo ex
 me. Nunquid elementa dicunt: ecce nos
 fecimus nos? Aut arborum fructus, flores,
 herbeq; agrorum se sui authores clami-
 tant? Nunquid non aues, que in aere vo-
 litant, agnoscunt me factorem suum? Aut
 cete grandia, cæteri q; pisces innumeri,
 non vociferantur: Tu dñe creasti nos?
 sed & astra cœli, & pulchritudo lunæ, &
 ingens solis splendor quem confitentur
 dominum? Nonne me? Porro cœlestia
 illa angelorum agmina, spiritusque bea-
 tifici, quem laudant, cui iubilant, aut que

per

id petūo adorant? Nūquid pręter me aliū?
 An non sancta illa animalia, quę discipu-
 lus meus dilectus euāgelista Ioannes vi-
 dit sine requie clamabāt, Sāctus, Sāctus, Apos. 4.
 Sanctus, dñe deus omnipotens qui erat:
 & qui est: & qui vēturus est? Et viginti
 quatuor seniores prociderunt ante sedē
 & ante throno, & miserunt coronas suas
 ante thronum dicentes: Dignus es, do- Apos. 4.
 mine Deus noster, accipere gloriam, &
 honorem, & virtutē, quia tu creasti om-
 nia: & propter voluntatem tuam erant
 & creata sunt? Ego ergo Dominus: &
 extra me non est alius. Ego mortifico, & 1. Reg. 4.
 ego viuere facio: Deduco ad ieros, &
 reduco. Meus est orbis terrę: & quicquid Psal. 49.
 ambitu eius continetur. Anima. Sic est, Psal. 144.
 domine, vt narras: oculi enim omnium
 in te sperant, vt des illis escam in tempo-
 re, dante te illis colligent, auertente au-
 tem te faciem tuam, turbabuntur: aufe-
 res spiritum illorum, & deficient: & in
 puluerem suum reuertentur. Ex te sapiē-
 tia, & virtus: ex te iustitia, & pax: Ex te



Psal. 79.


Psal. 147.

Mat. 5.

iubili quoq; angelici, & animarum beatitudo atq; æternitas: dabis quoq; nobis lachrymas in mēſura: & liquefacies corda lapidea: flabit ſpiritus tuus dulciſſimus, & fluent aquæ: & nemo eſt, qui de calore tuo poſſet effugere. Sed queſo, domine, quemadmodū de fide, & ſpe optime diſſeruiſti, age nunc aliquid de charitate. Ieſus. Vt autem ad charitatem, qua in me tota raperis, atq; inardescis, veniā: quanti hanc eſtimare debes, filia, qua nihil dulcius, vel honorabilius, vel vtilius inueniri poteſt? Hæc omni virtutū non immerito mater eſt: vt pote quæ ceteras generat, nutrit, auget, & ad perfectum ducit: ſine qua nec virtus, nec vllum bonum eſſe poteſt. Nullus enim viroris eſt ramus boni operis, ſi non fuerit in radice charitatis ſolidatus. Ex hac lex pēdet, & prophetę: vereq; verbū abbreviatum, & fundamentum totius religionis Chriſtianę: Hanc ſuadet ratio, & natura. Primum, & vltimum, quod propoſui hominibus, & angelicis ſpiritibus. Tum ſi be-

ne

ne consideras, omnia doctrinarum fun-
 damenta, & quicquid boni habet eccle-
 siastica disciplina, hanc sibi finem præ-
 scribit. Nam quicquid extra charitatem
 est, ferme nihil est. Quapropter bene a-
 postolus meus Paulus clamabat: si lin- 1. Cor. 13.
 guis hominū loquar, & angelorum, cha-
 ritatem autem non habeam, factus sum
 velut es sonans, aut cymbalum tinniens.
 Et si habeam prophetā: & nouerim my-
 steria omnia: omnemq; scientiam, & si
 habeam omnem fidem, adeo ut montes
 loco dimoueam, charitatem autem non
 habeam, nil sum. Anima. Nunquid chari-
 tas est amicitia? Ielus. Non dubium quin
 sit amicitia. Ami. Hoc certe subterfugit
 meum intellectū. Nam nil ita proprium
 est amicitie quam conuiuere amico: cha-
 ritas autem est hominis ad Deum, & an-
 gelos, quorum non est cum hominibus
 conuersatio, ut dicitur, Da. 2. Ergo cha-
 ritas nō videtur esse amicitia. Ielus. Auf-
 culta filia. Nam duplex est hominis vita:
 vna quidem exterior secundū naturam



sensibilem, & corporalem, & secundum
 hanc, nō est hominibus communicatio
 vel conuersatio cū Deo vel angelis. Alia
 autem est vita hominis spiritualis secū-
 dum mentem: & secundum hanc homi-
 nes Deo communicant, & angelis, im-
 perfecte quidem in hac vita, perfecte
 autē in alia: & ideo charitas quę habetur
 in via imperfecta est: perfecta autē quę
 habetur in patria. Ani. Placet. Sed quæ-
 so, domine, est ne charitas virtus? Iesus.
 Est virtus. Anima. Hoc velim vt mihi de-
 clares. Nam omnis virtus est habitus ac-
 cidentalis: sed charitas nō est habitus ac-
 cidentalis, cum sit nobilior ipsa anima:
 nullum autem accidens est nobilius sub-
 iecto, ergo charitas non videtur virtus.
 Iesus. Duplex, filia, est accidens: alterum
 quod causatur ex principijs subiecti, quod
 certe inferius est subiecto. Alterum au-
 tem quod causatur ex participatione a-
 licuius superioris naturę, & hoc est di-
 gnus subiecto, quoniam est similitudo
 quędā superioris naturę: & hoc modo
 cha-

charitas est dignior anima, quia est parti-
 cipatio quædam Spiritus sancti: at pro-
 pterea non desinit esse habitus acciden-
 talis: proinde nō dubium quin sit virtus,
 quia hominem Deo coniungit perfecta
 amicitia. Humani enim actus bonitatē
 habent (vt alias dixi) secundum quod re-
 gulantur debita regula & mēfura, vnde
 cum sit duplex regula humanorū actūū,
 ratio scilicet & Deus: quemodmodum
 virtus dicitur moralis quando attingit
 rationem, ita attingere Deum constituit
 rationem virtutis: vnde cum charitas at-
 tingat Deum, quia coniungit hominem
 Deo, non dubium est quin charitas sit
 virtus. Anima. Sed est ne excellētissima
 virtutum. Iesus. Est certe virtutum ex-
 cellētissima. Anima. Obsecro, domine,
 declara hoc mihi paulo diffusius. Non
 enim id satis intelligo. Iesus. Cum bonū
 attendatur in humanis actibus, secundū
 quod regulatur debita regula, necesse est quod
 virtus humana, quæ est principium bo-
 norum actuum consistat in attingendo

humanorum actuum regulā. Est autem
 ut supra dixi duplex regula humanorū
 actuum, nempe ratio humana, & Deus:
 sed Deus est prima regula à qua etiā hu-
 mana ratio regulanda est: hinc est quòd
 virtutes theologice quę attingunt hanc
 primam regulam, earum obiectum est
 Deus, excellentiores sunt virtutibus mo-
 ralibus vel intellectualibus, quæ confi-
 stunt in hoc quod attingunt rationem hu-
 manam. Propter quòd oportet quod etiam
 inter ipsas virtutes theologicas illa sit
 potior, quæ magis Deum attingit: sed
 cum charitas magis Deum attingit, (est
 enim charitas unio quædam cum Deo)
 sequitur charitatem omnium virtutum
 esse excellentissimam. Anima. Pulcher-
 rima sunt hæc omnia, plena etiam sapiē-
 tiæ atque virtutis: tamen hoc vnum velim
 mihi declares, an charitas infundatur:
 aut adquiratur. Iesus. Infunditur. Anima.
 Quomodo ergo inquit Dionysius, quod
 bonum diuinum omnibus est diligibile
 atque amabile? Nam si omnibus est diligi-
 bile

temibile, ergo charitas omnibus inest: quod
 orū autem omnibus inest, est naturale: ergo
 eus: charitas nō videtur infusa sed naturalis.
 hu- elius. Dionysius loquitur de dilectione
 dō Dei, quæ fundatur super cōmunicatio-
 nem naturalium bonorum, & ideo na-
 est turaliter omnibus inest: sed charitas fun-
 no datur super quadam communicatione
 si- supernaturali, vnde non omnibus inest,
 u- sed quibus infunditur? Anima. Adhuc
 m restat mihi aliquis scrupulus. Quanto a-
 fit liquid est magis diligibile, tanto facilius
 ed diligi potest, sed Deus est maxime dili-
 est gibilis, cum sit summe bonus, ergo faci-
 o) lius est ipsum diligere, quàm alia: verū
 m ad alia diligenda non indigemus aliquo
 r- habitu infuso, ergo nec ad diligendum
 f- Deum. Iesus. Ausculta, filia: nam nō inu-
 n tilis est hæc quæstio. Sicut Deus secundū
 r: se est maxime cognoscibilis, non tamen
 a vobis propter defectum vestræ cog-
 nitionis, quæ depēdet à rebus sensibilibus:
 ita etiam in se est maxime diligibilis, in
 quantum est obiectum beatitudinis, ve-
 rum



rum non à vobis, propter inclinationem
 vestram ad bona visibilia: vnde necesse
 est ad Deum maxime diligendum, vt ha-
 bitus charitatis mentibus vestris infun-
 datur. Nam charitas est amicitia quædã
 hominis ad Deum, fundata super cõmu-
 nicationem beatitudinis æternæ. Hæc au-
 tem cõmunicatio non est secundum bo-
 na naturalia, sed secundum bona gratui-
 ta: vnde est quòd ipsa charitas facultatẽ
 naturæ excedit. Quod autem excedit na-
 turæ facultatem, non potest esse neq; na-
 turale, neq; per potentias naturales ac-
 quisitũ. Vnde charitas non potest neque
 naturaliter vobis inesse, neq; per vires
 naturales est acquisita, sed per infusionẽ
 spiritus sancti, qui est amor patris & filij.
 Anima. Obsecro, domine, ne moleste fe-
 ras, si adhuc aliqua interrogauero, nam
 mirifice mihi arrident, quæ hactenus di-
 cta sunt. Charitas infunditur ne secun-
 dum quod quis sortitus est ingeniũ vel
 bonum, vel malum? Iesus. Nequaquam.
 Anima. Hoc velim mihi expedias. Nam

Rom. 5.

nem angeli charitatē, cæteraq; dona gratuita
 esse secundum naturalem capacitatem acce-
 perunt: ergo videtur cum in virisq; ea-
 dem sit beatitudinis ratio, q̄ etiam homi-
 nibus secundum eādem capacitatem do-
 netur. Iesus. Angelus est intellectualis na-
 turæ: & secundum suam conditionē cō-
 petit ei, vt totaliter feratur in omne id,
 in quod fertur. Et ideo in superioribus
 angelis fuit maior conatus ad bonum in
 perseverantibus, & ad malum in caden-
 tibus. Et ideo eorum qui perstiterunt,
 superiores atq; nobiliores, maiorē etiam
 receperunt charitatem ac gloriā: & qui
 ceciderūt, maiorem poenam. Sed homo
 est naturæ rationalis, cui competit esse
 quandoq; in potentia, quandoq; in actu,
 & ideo nō est necesse q̄ feratur totus, in
 id in quod fertur? Sed eius qui habet me-
 liora naturalia potest esse minor cona-
 tus, & è conuerso eius qui peiora, maior
 conatus: & propterea non est simile. Et
 ratio quare non detur charitas secundum
 naturalia, hæc est. Nam vnus cuiusque
 rei

rei quantitas dependet à propria causa dil
 rei: quia vniuersalis causa effectum ma- cito
 iorem producit: charitas autem cum su- er in
 per excedat proportionē naturæ huma- igib
 næ non dependet ex aliqua naturali vir- e dil
 tute, sed ex sola gratia Spiritu sancti eam dilig
 infundentis. Et ideo quantitas charitatis bilis
 non depēdet ex conditione naturæ, ve est in
 capacitate naturalis virtutis, sed solum Nul
 ex voluntate Spiritu sancti distribuētis gere
 sua dona, prout vult. Anima. Pulcherri- sint
 me dictum, sed quæso, domine, potest ne null
 charitas in hac vita esse perfectā. Iesus. fact
 Potest. Anima. Quomodo ergo Augu- dilig
 stinus dicit: nutrimentum charitatis est char
 diminutio cupiditatis: perfectio nulla cu tum
 piditas. Sed hoc non potest esse in hac vi plic
 ra, in qua sine peccato viuere non possu- quif
 mus: ergo videtur q̄ in hac vita charitas lire
 perfectā esse non possit. Iesus. Augusti- per
 nus hoc dicit propter peccata venialia, pos
 quæ non contrariantur habitui charita- est
 tis, sed actui, & ideo non repugnant per- sem
 fectioni viæ, sed pefectioni patrię. Verū ri d

aufert dilucidius hanc intelligas quæstionē,
 nam cito quòd perfectio charitatis duplici-
 ter intelligi pōt, vno modo ex parte di-
 ligibilis, alia ex parte diligentis. Ex par-
 te diligibilis vt diligatur aliquid quantū
 diligibile est: Deus autem tantum diligi-
 bilis est, quantum bonus est: bonitas eius
 est infinita, vnde infinite est diligibilis.
 Nulla autem creatura potest eum dili-
 gere infinite, cum quælibet virtus crea-
 ta sint finita. Vnde secundum hūc modum
 nullius creature charitas potest esse per-
 fecta, sed solū charitas Dei, qua seipsum
 diligit. Ex parte autem diligentis tunc
 est charitas est perfecta, quando diligit tan-
 tum, quantum potest. Quod quidem tri-
 pliciter contingit, vno modo quādo sic
 quispiam diligit, vt totum cor eius actua-
 liter semper feratur in Deum. Et hæc est
 perfectio charitatis patriæ, quæ non est
 possibilis in hac vita, in qua impossibile
 est propter humane viræ imbecillitatem
 semper actu cogitare de Deo, & moue-
 ri dilectiōe ad ipsum. Alio modo quādo

quis



quis sic se totum tradit Deo, vt nulli aliquid
 intendat, nisi rebus diuinis, nisi quātum eis est
 vitæ præsentis necessitas postulat. Et hæc prof
 charitas perfecta possibilis est in via: nōnis p
 tamen communis omnibus habentibus creat
 charitatem. Tertio modo cum quis ha-
 bitu mentem suam omnē ponit in Deo, piur
 sic q̄ nil cogitet, vel velit, quod diuinæ etia
 dilectioni sit contrarium. Et hæc perfe-
 ctio est communis omnibus charitatem secu
 habētibus. Anima. Distinguitur ne, do-
 mine, charitas per aliquos gradus? Iesus. An
 Distinguitur. Anima. Per quos? Ies. Alia vbi
 est charitas incipientium, alia proficiē-
 tium alia profectorū. Ani. Quæ est cha-
 ritas incipientium? Iesus. Primo, homini
 incumbit præcipuū studium, vt à pecca-
 to recedat, & resistat libidinibus, quæ cō-
 traria sunt charitati, quod fit cum chari-
 tas incipit: & ideo hæc spectat ad incipiē-
 tes, in quibus charitas est foenda, atque
 nutrienda, ne corrumpatur. Secundum
 hominis principale studiū est, vt in bo-
 no proficiat, qd̄ quidē pertinet ad profi-
 cientes,

Alii alijcientes, qui totã operã impendunt, vt in
 iumentis charitas roboretur. Hæc que charitas
 hæc proficientiũ nuncpatur. Tertium homi-
 nis nõnis principale studium est, vt Deo inhe-
 rentibusreat, eoq; fruatur, & hoc pertinet ad per-
 ha-fectos, qui perfectã habent charitatẽ, cu-
 Deo, piuntq; dissolui: & esse cũ Christo. Hoc *Philip. 1. e.*
 inætiam ex motu corporali potes aduerte-
 re. Nam primum est recessus à termino:
 emsecundum appropinquatio ad aliũ ter-
 do-minum. Tertium est quies in termino.
 us. Anima. Audio sepe, domine, dictũ illud:
 lia vbi est charitas, magna operatur. Narra-
 iẽ- obsecro quæ sunt opera eius. Ies. Video,
 na- filia, harum rerum te esse ignaram, li-
 ni- cet satis expertam: sed non mirum: sunt
 ra- enim quidam qui de rebus maximis dul-
 cõ- citer sentiunt, recte dijudicant: & pul-
 ri- chre loquuntur. Hos tanquã pastores,
 iẽ- & doctores, habeo in vinea mea. Alij mi-
 ra loquuntur, sed neque experimentum
 horum habent, neque iudicium: qui non
 sunt de meo ouili. Rursum alijs sapiẽtiæ
 meæ secreta, atq; occulta, cum ingenti
 gaudio

gaudio imprimo, sed iudicium abscondo, oraq; eorū obturo. Hi tanquā oues mee, ruminent, pascantur, mecumq; confabulentur. In his autē, quę eis cōmunico curiositatem abijciāt, nec ea passim omnibus ostentent: qui si solitarij sederint, iuxta propheticum dictū: leuabunt se supra se. Tu ergo, filia, ex ouibus meis quę magna sapias, licet nō multum dijudices, oportet te iudicium vel a me continuo humili oratione expectare, vel à doctōribus meis petere. Verum quoniam humiliter, fideliter, & instanter petisti, exponam tibi thesauros ingentes charitatis, vt scias quantis te, totamq; ecclesiā diuitijs locupletauerim. Et vt vno verbo multa complectar: charitas, filia, paradus est, imperfecte tamen quippe à qua decidi potest. Hęc enim visionem, retentionem, fruitionem, agilitatem, impassibilitatem, charitatem, & subtilitatem in se continet, quibus animæ corporibus exutæ, & angelici spiritus gaudēt in celestibus. Angeli vidēt: sed & amor quoq;

Thré. 3. d.

do; magnos, clarosque habet oculos, quibus
 ee; immensos sapientiæ meę thesauros scru-
 fa- tatur. Vnde enim homo adhuc in mor-
 co- tali corpore, velut in angustissimo clau-
 n- sus carcere, nunc herbarū utilitates, nūc
 nt, animalium naturas inuestigat? Nūc stel-
 fu- larum motus, aut solis, lunæq; ordinem
 ue- perquirit? Nonne quia oculos habet, qui
 es, ex amore nascuntur? Rursum vnde cō-
 io- ditionis suæ ingenitæ dignitatem, virtu-
 o- tum omnium decorem intelligit? Nun-
 u- quid hæc posset, nisi amaret? Ani. Obse-
 x- cro, ne irascatur dominus meus ancillę
 a- suę, si quęstiunculam aliquam interroga-
 iā- uero. Placent ne tibi semper huiusmodi
 o- oculi. Iesus. Recte interrogas, filia. Nam
 i- etsi omnis visio ex amore nascatur, tamē
 a- non omnis visio, sicut non omnis amor
 - mihi placet vt sit meritoria. Nam est a-
 - mor quidam naturalis, quo non tantum
 n- omnes homines gaudent, seq; inuicem
 s- diligunt, & res quibus afficiuntur, ample-
 - ctuntur: verum etiam bruta animalia, il-
 ;- lo, & fœtus suos fouent, & se amant, tuē-
 t-



turq; Hic amor, philosophorum aperuit
 oculos, quibus rerum naturas, & virtutū
 species, & hominum dignitatem, excel-
 lentiamq; inquisierūt, & intellexerunt:
 quāquam amor iste, atq; inquisitio, parū
 illis profuit ad meritum. Alius est amor,
 quē gratia informat: & quicquid ex hoc
 procedit amore, pulchrum est atq; vtile,
 sanctum, & mihi gratissimum: longe a-
 lios habens oculos, longeq; aliter rerum
 naturas, virtutum pulchritudinem, &
 hominum conditionē perscrutatur. Nā
 se attollit altius, & verius, atq; suavius cū
 cta contemplatur: vsq; ad angelicam di-
 gnitatem attingit: & donec ad thronum
 meę deitatis perueniat, non quiescit, ma-
 gna intuetur, insignia atque heroica o-
 peratur, vbiq; lætus, semper profi-
 ciens, nunquā non trāquillus, plenus pa-
 cis, fortis, agilis, vehemens, iam coclum
 penetrat omnesq; angelorū choros, atq;
 singulorum officia perscrutatur. Iam in-
 ferni profundum ingreditur, & quid ibi
 agatur, diligentissime attēdit. Nusquam
 non

nō me inquit, omnia ad me refert, sem-
 per in me oculos habet, & vbi me illi ma-
 nifesto, gaudet, exultat, iubilat, clamat,
 laudat, & non tātum spiritus rationales,
 sed & cætera omnia ad me laudandum
 inuitat: & vt sibi melius satisfaciat, singu-
 la suis nominibus appellat, blāditur, ro-
 gat, obsecrat, stimulat, laudemq; meam
 omne gaudium suū existimat. Ecce filia,
 recte dixi in amore, quemadmodum in
 paradiso esse visionē. Est quoq; in para-
 diso hoc amoris: quē admodū in alio tē-
 pto. Vt enim super cœlestes illi, ac beati-
 tifici spiritus, quem diligūt, tā fortiter, tā
 ardentem, tam vehementer tenēt, vt post
 tot seculorū curricula, nec pūctum qui-
 dē tēporis eum dimiserint, nec dimittēt
 vnquā: sic anime, que per amorē mihi ad-
 herent, insolubili nexu mecū copulātur,
 & nodo quasi incorruptibili, mihi deuin-
 ciuntur. Nūqd non ligata spōsa mea erat,
 qñ in Canticis dicebat: Tenui eū: & nō
 dimittam? Num audisti, filia. Fortis est
 vt mors dilectio? Omnia nimirum vin-




cit amor, omnia supplantat, omnia illi
 peruia: nihil illi potest resistere: etiã om-
 nipotentẽ debellat: illumq; suis vinculis
 insolubiliter astringit. Nũquid Abraam
 me vnquã dimisit, postquã semel se
 mihi copulauit? Sed Isaac forte ad alium
 se diuertit? Iacob quoque simulac me a-
 mare cœpit: perpetuo mihi adhœsit. Idẽ
 cæteri patriarche, atque prophete fecerunt.
 Apostoli quoq; nonne vsq; ad san-
 guinem pro me certauerunt? Porro quid
 tibi de Magdalena dicam? Quæ semel
 mihi amore conglutinata, & in populo,
 & in eremo, tenacissime vestigia mea
 est secuta. Tenax filia, funiculus amor,
 & nexus eius quanto suauior, tanto te-
 nacior. Nunquid vnquã legisti Iacob
 seruum meum cum angelo cõgressum,
 nec ab eo nisi post benedictionẽ dimis-
 sum, atque ab angelo post victoriam ac-
 clamatũ: si contra Deũ fortis fuisti, quã-
 to magis contra homines praualebis?
 Quid Iacob cũ angelo adhæsiõ, nisi ani-
 mæ & Dei amoris est significatio? Qui in m-

Gene. 32. f.
 & g.

illi sane tantæ potētiae est, vt Deum ipsum
 omnipotentem, atq; fortissimum & vin-
 cat, & vulneret, vnde in Canticis sponsæ
 meę dicebam, vulnerasti me ipōia mea,
 in vno oculorum tuorum. Amor enim
 me hominem fecit, ad columnam, cum
 verberibus atrocissimis cęderer, tenuit,
 Idē cruci affixit, sanguinem meū oēm fudit,
 ce- ac postremo animā ipsam exhalare coe-
 an- git. Ergo in amore tentio fortissima est,
 uid qua amici mei tenacissime, iucundissi-
 mel meq; mihi adhærent, & ego illis. In Para-
 diso quoq; cœlesti est fruiuo. Hanc ha-
 nea bet & amor: Frui autem est adhærere a-
 mor, licui rei concupitę propter se: vnde an-
 re- geli, & animæ beatę diuinitate mea frui
 cob dicuntur, quoniam mihi summa cū de-
 am, lectatione adhærent, nihil vltra habent
 nis- quod desiderent, me tanquām summo
 ac- bono gaudent, meis delectantur ample-
 uā- xibus, in me exultant, gloriantur, lætan-
 bis- tur, ac tripudiant. Quæ omnia in amore
 ani- quoq; reperies, filia. Per amorē quippe
 Qui in me velut vltimo fine tuo, maximoq;

Cant. 4. 8.



bono gloriaris, quiescis, nihil mihi ante-
 ponis, omnia in me refers. Nūquid non
 elementis, terra quippe & aqua, aere, so-
 le quoq; & luna, ceterisq; omnibus vte-
 ris, vt per hæc me Deum cognoscens, tā-
 dem in meos amplexus ruas, deq; meis
 bonis velut proprijs glorieris? Putas ne
 apostolus meus Simon iam centenarius
 crucem ferre tam magno animo potuis-
 set, nisi meis delicijs, angelorūq; pascuis
 iucundissimis frui cœpisset? Et Iacobus
 minor precipitationem, mortemq; atro-
 cissimam, tanquā res dulcissimas su-
 scepisset, nisi gaudia mea opulentissima
 in ipsis tormentis persensisset? Agata ad
 carcerem, tanquā ad epulas iuisset, nisi
 me spirituū caelestium panem odorata
 fuisset? Quare in amore fruitionē quoq;
 esse dubium non est. Item Paradisus su-
 percoelestis agilitatem habet. Nam an-
 gelici spiritus incredibili velocitate res
 mortalium curant, breuissimo temporis
 spatio sibi committes purgant, illumi-
 nant, acque inflamant in puncto, in ictu

oculi huc, atq; illuc discurrunt, de cœ-
 lis ad terras descendunt: illico illuc reuer-
 tuntur: regna perambulant. Prouincijs
 præfunt: alios reges constituunt, alios
 de regni sedibus deponunt. Quis ho-
 minum capiat, quanta agilitate hæc a-
 gant? Sed nunquid non in amore hoc
 etiam? Etiam certe. Nam amor velocis-
 simus est. Repente enim ac sine mora
 hominum corda in cœlestium rapit cõ-
 templationem, eaq; inter angelicos cho-
 ros cõstituit. Pernicissime rursus ad ter-
 ras redit: & hominem vt se vtiliter co-
 gnoscat, sibi reddit. Post paululum subi-
 to solis, lune, stellarum, totiusq; vniuersi
 pulchritudinem illi ostendit: & quanta
 cõditoris species fit, ex hac sibi comon-
 strat: eumque mira iucunditate replet.
 Mox velocissime in profundum maris
 hominem mergit, ibiq; quam innumeri
 pisces, quantaq; eorum diuersitas fit illi
 proponit: quàmque admirabilis fit ec-
 rum conditor clamat: mentemque in
 eius admirationem, cum iucunditate ad-



mirabili subleuat. Deinde p̄ omnia her-
 barum genera, florum, arborūq; species
 vagatur: vbiq; homini creatorem suum
 ostendit: quāq; in omnibus admirabilis
 fit edocet. Per elementa quoque omnia
 ascendit: nec quicquā relinquit, quod
 non homini proponat, vt ad Dei facto-
 ris sui fruitionē pertingat: atq; hęc om-
 nia quanta cum velocitate faciat, quis e-
 narrare fat posset? Anima. Pulchra sane
 hęc omnia, & mirifice mihi arridentia:
 sed dulcis Iesu, quæ causa est tantę velo-
 citatis in amore. Iesus. Ausculta filia: nā
 recte interrogasti: spiritus meus velocis-
 simus est: in instanti quippe sunt opera
 eius. Ingero enim me mentibus meorū,
 easq; lumine claritatis meę clarifico, o-
 stēdoq; ei magnalia mirabiliū meorum:
 & sine mora ossa eorum igne mei amo-
 ris aduro, desiderium excito, moueo af-
 fectum, simulq; cum libero arbitrio mi-
 ra velocitate quæ dixi, operor. Mens lu-
 men concipit: ignem sentit: opera mea
 magna cognoscit: atq; dum in his supra

modum sibi complacet, vi quadam admirabili, & quibusdam velut alis perniciosissimis nunc cœlos lustrat, nunc in abyssum descendit, mox astrorum ordinem contemplatur. Postremo inferni etiam claustra ingreditur, suppliciaq; attendit damnatorum: Denique virtutes omnes velocissime conficit, & quicquid mihi placere arbitratur, cum admirabili agilitate ad effectum deducit: quàm facile, ac dulciter se humiliat? Quàm patienter tolerat aduersa? Quàm caste viuit? Quàm celeriter proximorū necessitatibus subuenit, ac deniq; ad omne opus bonum, atq; perfectum velocissima. Virtutes enim iam in mente per desiderium, adiutrice gratia, formatę facile, velociterque extra in opera exeunt. In cœlesti etiam paradiso est impassibilitas. Num hac caret paradisos noster amoris? Absit. Est enim in eo etiam impassibilitas, nō quidem omnimoda, magna tamen. Nam si amor perfectus est, non aduersis frangitur, non duris mouetur, non amaris tabe-

scit,



scit, non asperis cedit, non de iniurijs
 quærit vindictam, non deniq; morte ipsa
 tametsi crudelissima terretur: omnia æ-
 quo animo tolerat: omnia suffert: gau-
 det in cõtumelijs: inter dolores exultat:
 in persecutionibus tripudiat: inter angu-
 stias nihil nisi gaudium sentit. Quando
 calicem meum illi offero, protinus mihi
 clamat: quàm dulcis est amor tuus, dul-
 cis Iesu? Si flagello aliquo sathanæ illum
 verberari permitto, illico totus in am-
 plexus meos ruens, illud iæpius ingemi-
 nat: Iesu bone, Iesu dulcis, ne me deser-
 as, nec ab inimico me superari permit-
 tas. Et ex verbere nouas vires colligens, cõ-
 tra quęcunq; tentaméta robustior, para-
 tiorq; existit. Nunquid Andree apostolo
 meo, crux grauis fuit, quando etiam la-
 chrymas in vehemētissimo eius deside-
 rio fudit: cumq; ingenti lęritia clamauit:
 bona crux diu desiderata, & ardēti ani-
 mo cõcupita, suscipe me discipulū eius,
 qui pependit in te magister meus? Pe-
 trus quoq; ad crucem cõlachrymis dul-

cissimis accessit: Tiburtius prunas ardē-
 res sicut rosas calcavit: Laurentius super
 craticula lignis suppositis, ingentiq; ro-
 go, tyranno acclamavit: Aflatū est, ver-
 sa: & māduca. Ignatius crudelissimas be-
 stias, quibus ab infidelibus datus erat, ad
 deuorandū se inuitavit. Quę hęc vis tā
 fortis, tam vehemens, tā valida? Nūquid
 nō est amor meus, funiculus triplex, qui
 difficile rumpitur? Quem si vlceribus à
 capite vsq; ad pedes repleuero, cum Iob Iob. 6. b.
 mihi acclamabit: Hęc mea consolatio, si
 castigans non auferas manū tuam. Si gra-
 ui morbo illū laborare permisero, cū gau-
 dio inquiet: percutite, dñe, percutite, nā vir-
 tus in infirmitate perficitur. Si denique 1. Cor. 12. c.
 omnia mala super eum induxero, intra
 viscera mea absconditus, grādi voce into-
 nabit. Nō sunt condignę pāsiones hu- Rom. 8. d.
 ius tēporis ad futurā gloriā, quę reuela-
 bitur in nobis. Multę ergo aquę nō pos-
 sunt exinguere charitatē, quę quidē im-
 passibilis, nec mors illi grauis ē, nec infer-
 nus, si amoris capax esse posset. Paradisus

Luc. 12. f.

Ioan. 8. b.

Exo. 34. d.

quoq; cœlestis filia claritatem continet: quam habet etiã paradilus amoris. Nūquid non amor ignis est? Est utique: de hoc enim dicebam: Ignem veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt ardeat? Sed ignis sine claritate esse non potest: incēdit enim atq; illuminat: sic amor pectus adurit, suæque claritatis radijs illustrat. Nec tantum corda se possidentium concreat, verum cæterorum quoq; quęcunq; obuia habere valet. Incendit, atq; clarificat. Qui enim sequitur me amoris gressibus, in tenebris non ambulat, sed lumen vitę aspiciet. Moyses vehementissimo mei flagrabat amore, & filij Israel præ nimia vultus eius claritate, in eū intēdere nequaquã poterant, ideoq; luminis vehementiam velo temperabar. Nam non tantum mentem, amor clarificat, sed exterius prodiens corpus etiã totum adornat, faciem serenat, & quicquid est in homine, velut sidus aliquod radiare facit. Hoc in orantibus plerūq; conspicias, filia, vbi amor vires suas maxime

xime exercere solet: videas quippe eos fulgere, & roseo quodam, aureoq; micare colore, atq; lumē quod intus later, dulciter, sensimq; demonstrare. In monte orationi vacās, facies mea vt sol resplēdit. Resurgentium quoq; corpora radiabunt, vt lux septem dierum. Quid mirum? Sol enim claritate sua totum emispherium occupat, radiosque suos vnde quaq; diffundit: & amor sole clarior, & omnibus astris splēdidior, vires suas intrase continebit? Ignis virtutem suam libenter cōmunicat, & corpora etiam defissima, vi sua trasuerberat: & amor igne fortior, nullum exterius virtutis suæ signum dabit? Postremo quicquid est in rerum natura, vltro volentibus se offert, nisi sint fera, atq; agrestia: & amor, quo nihil vel liberalius, vel melius inueniri potest, auarus erit? Absit: absit, filia. Ipse ergo & mētem interius totam illustrat: & corpora quoq; paulatim prodiens, radijs suis vehementissimis clarificat. Dixi quoque paradisum cœlestem subtilitatē

Mat. 17.



habere: Habet & amor. Nunquid aliquid amore subtilius? Omnia enim penetrat: cuncta ei peruia sunt, si scripturas rimatur, subtilitate sua corticem ingreditur, mysticos sensus inquirit: non contentus in moralem inuenisse, allegoricum quoque anagogicumq; diligentissime inuestigat: & donec medullam tritici inueniat, non quiescit. Si ad volandum sursum se accingit, non aërem curat, nec ignem timet, nec astra vereatur, nec terribilem, fortissimumq; cœlorum motum formidat, nec spiritus supercœlestes respicit, cuncta admirabili subtilitate sua penetrat: quin secreta Dei libere ingreditur: & thesauros eius inæstimabiles nullo resistente, sibi rapit: & amicis, & inimicis spolia diuidit. Nunc mōtium cauernas ingreditur, & si quid sibi ad augmentum prodesse potest, circumspicit. Nunc cogitationes suas diligentissime examinat, & si vnde quaque rectæ sint, mihi placentes, subtilissime dijudicat. Nunc aliorum dicta, factaque

acutissime obleruat, & hæc quoque ad
 protectum tuum prudentissime tor-
 quer. Nunc dæmonum astutias, frau-
 deique multiplices attendit, & nullæ
 ei impenetrabiles videntur. Penetrat
 enim omnia, etiam profunda Dei. Ergo
 subtilitatem in amore etiam esse, ne-
 mo est, qui ambigat. Quamobrem
 pulchre eum Paradiso cœlesti compa-
 rauimus. Visionem enim in se conti-
 net: quia omnia lustrat. Tentionem,
 quia fortissime dilectum complectitur.
 Fruitionem, quoniam ei dulciter adhe-
 ret. Agilitatem, in ictu enim oculi ma-
 xima operatur. Impassibilitatē, nam in-
 ter aduersa gaudet. Claritatem, quia de-
 corus, lucidusque intus & extra. Subti-
 litatem, nam omnia ei peruia sunt. Si-
 igitur amor paradifus est, (vt liquet,) ni-
 hil maius in hac vita, electis meis con-
 ferre valui. Anima. O magnum cha-
 ritatis donum. Nam si terram, & ele-
 menta omnia, si folis splendorem, lu-
 neq; pulchritudinem, si hominum inter
 se



se beneficia, atq; angelorum ministeria
 nobis contulisti, magna quidem, atque
 præclara diuinę largitatis erga genus ho-
 minum beneficia, tuęq; dilectionis, vel
 præcipua indicia. At verbum carnem fa-
 ctum, in carne cum hominibus conuer-
 satum, in magistrum mortalibus datum,
 in escam fidelibus traditum, percussum,
 vulneratum, opprobrijs coopertũ, mor-
 tuum, atq; sepultum, ac deniq; in pretiũ
 hominibus constitutum, maiora sine du-
 bio hæc omnia. Et quis ad intelligendũ
 idoneus? Cæterũ quid mihi vel tota hæc
 mundi machina, vel angelorum mini-
 steria, vel etiam tu ipse dulcis Iesu, (sola-
 men laborum meorum, & cordis mei
 dulcedo) profuisses, si me tuo amore di-
 gnam non existimasses? Amor quippe
 tuus ornauit genas meas: vt non tantum
 hominibus spectabilis, sed & admirabi-
 lis valde inter angelos appaream. Nunc
 omnia mea sunt (vt inq; apostolus tuus
 Paulus) siue cœlum, siue terra, siue infer-
 nus. Certe angelici spiritus vtiliter nunc
 mihi

1. Cor. 13. d.

mihi inferuiunt: nunc & ipsi daemones
 ad profectum meum operantur: & v
 vno verbo concludam omnia: vniuer-
 sus orbis mihi ministrat ad vsum, & to-
 ta Trinitas ad fruitionem, & nihil non
 comoditati meae, beneficio tuo: est sub-
 iectum. Vbi enim spiritus domini, ibi li-
 bertas. Non iam iterum accepimus spi-
 ritum seruitutis in timore: sed spiritum
 filiorum Dei, in quo clamamus Abba pa-
 ter: si pater, ergo nos filij: si filij ergo he-
 redes vniuersorum. Quid restat, nisi vt
 gloriemur deinceps, in spe gloriae filio-
 rum Dei? Sed cui nam haec omnia, nisi
 tibi, dulcissime Iesu? Tibi inquam debe-
 mus vniuersa, o dulcis amor, o summa
 bonitas, o fons, & origo totius salutis no-
 strae. Quid tibi retribuam pro omnibus,
 quae retribuisti nobis? Si oculos dedero
 tui sunt: si caput obtulero, tuum quoq;
 est: si pedes manusq; tribuero, nec meum
 aliquid dabo: si vitam ad te transmisero,
 & ipsa donum tuum acclamabit: si dixero
 accipe spiritum meum, domine, non

2. Cor. 3. d.
 Rom. 8. c.



Psal. 115. a.

Cant. 5. a.

meum, sed tuum se esse fatebitur. Quid ergo dulcis amor, magister bone, vita mentis mee, & cordis mei salus perfecta Iesu Christe, tibi retribuam, pro omnibus que retribuisti nobis? Scio quid faciam: calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Quid enim est calix salutaris, nisi amor tuus, dulcis Iesu? Ad hunc certe amorem tuum, tuos in Canticis inuitasti dicens: Venite, comedite amici mei, bibite, & inebriamini charissimi. Hunc ergo accipiam, & nomen tuum inuocabo. Reddam tibi quod tuum quoque est. Amabo inquam te, suavissime Iesu, quoniam me & amasti, & elegisti, antequam essem, imo ante mundi constitutionem. Reddamabo te, amantissime Iesu: & quis te non redamet? Nunquid non tu es dulcis amor, vita mea, & gaudium cordis mei? Quis te non amplexetur, si modo mentis sue copos fuerit? Nunquid non inter omnia delectabilia, & que poterent, ac dulciter animos omnium in amorem tuum rapiant? Si forma


placet, tu speciosus fortis, & bellus
 minū: si facundia arridet, diffusa est gra-
 tia in labijs tuis: si maiestas quæritur,
 dominationes, & potestates, vniuersaq;
 cœlestis curia tibi obedit, inseruit, atq;
 adorat: si potentia placet, tu vniuersum
 terrarum orbē, & quicquid ambitu eius
 continetur, ex nihilo, sola volūtatē tuā
 virtute, creasti. Tu mortuos suscitasti:
 demones subegisti: aquam calcabilem
 tibi fecisti. Tu tempestates, marisq; tem-
 pestuosi turbulentiā domasti: infernū
 cōfregisti, ac deniq; cœlū tibi, tuisq; ape-
 ruiſti. Porro si quis diuitias appetit, glō-
 ria, & diuitiæ in domo tua: si sapientia
 diligitur: in te sunt omnes sapientiæ, &
 scientiæ thesauri absconditi: si familia-
 ritas, aut affabilitas desideratur, tu fami-
 liarissime, atq; benignissime cum publi-
 canis, & peccatoribus es conuersatus.
 Quid ergo in te est, bone Iesu, quod nō
 mirifice amorem nostrum excitet, ra-
 piat, stimuletq;? Diligam te ergo, domi-
 ne virtus salutis mee. Diligam te, dulcis

Psal. 44. a.

Psal. 44. a.

Psal. 111. a.

Col. 2. 2.



Psal. 17. 2.

Iesu redemptor meus. Diligam te robur, & fortitudo cordis mei. Diligam te bone Iesu, dulciter. Diligam te sancte Iesu, prudenter. Diligam te optime Iesu, fortiter. Diligam te amor meus, ex tota mente mea, ex toto corde meo, & ex omnibus viribus meis: quia tu prior dilexisti me. Iesus. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Quia placent mihi tui affectus super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa: mel, & lac sub lingua tua. Nunc ergo cresce, & charitatis, atq; amoris gressibus propera: donec iterum ad te descendam: teq; mecum assumam in æternum: gaudium tuū erit plenum, atq; perfectum, & nullis amplius vicissitudinum molestijs interrumpendum.



li.
ei
m
o-
or
de
nia
al-
es.
er
ia
a.
a-
m
m
n,
si



DE MANDATO DVM

Reuerendi Domini nostri Inquisitoris
Barcinoſi. facto examine ſub-
ſcripſit Iubinus Eps.



In epistola d. animæ
pag. 1. debes pieta-
te animiq; d pia studia
temper

De laudibus Mariæ virginis.

In epistola pag. 4. li. 3. lege astringar.
Ibidem. li. 4. le. abiconde.
Ibidem. li. 5. le. nutrix optimis dotis tuis.
pag. 5. li. 2. le. ad latrare.
Fol. 34. 1. li. 1. le. edum.
Fol. 34. 2. li. 5. leg. mortale.
Fol. 35. 2. li. 16. leg. tua.
Fol. 36. 2. li. 2. le. quanquam.
Fol. 38. 2. li. 8. le. fol. .
Fol. 55. 1. lin. 29. le. occidistis.
Fol. 58. 1. lin. 23. d. cum.
Fol. 61. 2. li. 11. le. decet.
Fol. 74. 2. li. 5. le. pro bono.
Fol. 87. 2. li. 4. le. empyreum.

Reliqua pro tua inudustria
facilem mendabis.

